Florilegium Patristicum

tam veteris quam medii aevi
auctores complectens

Ediderunt
Bernhardus Geyer et Johannes Zellinger

Fasciculus XVII.

S. Benedicti Regula Monasteriorum

Edidit, prolegomenis,
apparatu critico, notis instruxit

Benno Linderbauer
O. S. B.

Bonnae Sumptibus Petri Hanstein
MCMXXVIII

Florilegium Patristicum
tam veteris quam medii aevi auctores complectens

Ediderunt

Bernhardus Geyer
S. Theologiae Doctor,
in Universitate Bonnensi Professor ordinarius

et

Johannes Zellinger
S. Theologiae Doctor,
in Universitate Monacensi Professor ordinarius

Fasciculus XVII

Bonnae Sumptibus Petri Hanstein
MCMXXVIII

S. Benedicti Regula Monasteriorum

Edidit, prolegomenis,
apparatu critico, notis instruxit

Benno Linderbauer
O. S. B.

Cum tabula phototypica

Bonnae Sumptibus Petri Hanstein
MCMXXVIII

N.-Nr. 2120 I/28.

Imprimatur.

Coloniae, die 14. Junii 1928.

Dr. Vogt.
Vicarius Generalis.

Imprimatur.

Mettenae, die 5. Junii 1928.

† Willibaldus, Abbas.

Copyright by Peter Hanstein, Bonn 1928

Druck: Pierersche Hofbuchdruckerei Stephan Geibel & Co., Altenburg, Thür.

Printed in Germany

Praefatio.

Regula s. Benedicti ex aliquanto tempore etiam extra monachorum familias, quae eam ut vitae normam profitentur, theologorum et historicorum et philologorum studia ad se convertit. Quam ob rem libenter obsecutus sum rogantibus, ut in serie florilegii patristici in lucem proferam editionem a commentario separatam. Quae cum non ad lectionem publicam in choro monastico destinata sit, ad genuinum textum, quam proxime possem, in animo fuit accedere. Itaque codicem Sangallensem 914, qui auctoritate longe ceteris antecellit, in textu constituendo ita secutus sum, ut nisi gravibus causis impulsus ab eo non deviarem. In paucissimis tantum rebus orthographicis redactoris huius florilegii desiderio obsecundans, ne insolito scribendi modo nimis offenderentur lectorum multorum oculi, ab eo recessi, etsi codicem primariam s. Benedicti scriptionem referre verisimillimum erat; in apparatu vero critico codicis A scriptionem semper notavi. Uberius de ea re disseretur in prolegomenis.

Ex ingenti variarum lectionum multitudine non eas tantum elegi, quae ad textum constituendum vel firmandum et ad eius historiam illustrandam aliquid videbantur valere, sed eas quoque multas assumpsi, quae aliam ob causam doctorum, praesertim philologorum, studiis aliquam utilitatem possunt afferre.

De investigandis fontibus, ex quibus s. Benedictus plurima hausit in regula conscribenda, tam egregie meruit Cuthbertus Butler, ut prope nihil eis potuerim addere; nihil ergo hac in re mihi faciendum fuit, nisi ut quae in editione sua critico-practica contulit, gratissimo animo in meum quoque usum converterem.

Mettenae, exeunte mense Maio 1928.

Benno Linderbauer O. S. B.

Prolegomena.

S. Benedictus postquam complura monasteria fundavit, ut certa vivendi ratione ea stabiliret, antecessorum exempla secutus circa annum 530 p. C. n. regulam conscripsit. Quae cum sapientiae et discretionis virtutibus praestaret, paulatim ab aliis monasteriis est adoptata; maxime vero s. Gregorius Magnus exeunte illo saeculo auctoritate sua plurimum contulit ad eius propagationem. Itaque cum insequentibus saeculis innumerabilia in omnibus occidentalibus terris fundarentur monasteria, in quibus ea regula observabatur, tam multa eius exempla divulgata erant, ut excepta s. scriptura vix ullus liber regulam s. Benedicti apographorum numero superaret. Codices vero, qui inde a saeculo decimo circumferebantur, plerique textum continebant librariorum correctionibus ad communem usum accommodatum, qui vocari potest textus receptus. Hic per multa saecula ita solus regnabat, ut etiam editiones typis impressae usque ad recentia tempora eum solum tradere solerent. Pauci admodum textum ad puriorem formam revocare conati erant, donec Edm. Schmidt, monasterii Mettenensis monachus, a. 1880 adhibitis codicibus antiquioribus primam editionem criticam instituere conatus est. Is codices antiquiores multis locis ita inter se dissentire cognovit, ut duas classes distinguendas esse appareret. Centum enim saltem locis unius classis codices omnes inter se ita conveniunt, ut altera classis eodem consensu aliam lectionem exhibeat. Cuius rei causam inde repetendam esse putavit Edm. Schmidt, quod ipse s. Benedictus duas recensiones instituisset. Inter codices, qui posteriorem formam repraesentarent, principatum tenere existimavit Tegernseeensem. Post aliquot annos cum codicis Sangallensis 914 praestantiam cognovisset, hoc usus est ut editionis minoris fundamento, quae primum in lucem prodiit a. 1892. Vulgarismos, quibus hic codex scatet, plerosque sustulit, ne aures audientium in choro offenderentur, quod eo magis sibi licere opinatus est, quia plurimos eorum non ipsi s. Benedicto, sed librariis attribuit.

Anno 1895 Eduardus Wölfflin regulam edidit in bibliotheca Teubneriana. Hanc editionem utpote nimis acceleratam ipse postea confessus est esse reprobandam; nititur enim paucis codicibus, in primis Oxoniensi, qui, quamvis sit vetustus, ne in interpolatis quidem insignem locum obtinet; codicem autem optimum Sangall. 914 prorsus neglexit.

Post paucos annos (1898) Ludovicus Traube in Academiae Monacensis commentariis de fatis regulae s. Benedicti indagandis optime meruit commentatione illa, quae inscribitur „Textgeschichte der Regel des hl. Benedikt“ [1]). In minoribus quidem rebus aliquot eius assertiones reiciendae esse videntur; sed summa huius commentationis admirabili sagacitate scriptae omnium fere hominum doctorum consensu probatur.

Certo enim demonstravit iam antiquissimis temporibus varias ob causas textum s. Benedicti interpolatum esse eamque formam interpolatam saec. VII. et VIII. late divulgatam ita prope solam regnasse, ut genuina forma vix iam cognita esset in monasteriis, etsi rara eius vestigia etiamtum exstarent. Has interpolationes plerasque Traube tribuendas esse censuit Simplicio, tertio abbati Montis Cassinensis. Hac quidem in re sine dubio erravit. Neque tamen quemquam fallere potest multas interpolationes ita inter se convenire, ut ex uno archetypo eas manasse perspicuum sit, v. gr. *amputare festinet* (7, 28), aut *proicitur* (29, 3); sed non minus certum est aliam haud exiguam partem interpolationum non ex uno archetypo interpolato posse derivari, sed pluribus ex fontibus fluxisse.

Denique aliquibus, quamvis paucis, locis non prorsus reicienda esse videtur suspicio inde repetendam esse interdum codicum discrepantiam, quod ipse s. Benedictus aliquid immutaverit. Chapman, Rand, Plenkers aliique s. Benedictum legem suam non uno quasi tractu scripsisse recte mihi videntur affirmare, quippe cum partes regulae, ut cotidianae vitae usus poscebat, variis temporibus conscriptae postea demum in unum corpus sint coniunctae.

De genuini regulae textus traditione Paulus Diaconus (hist. Langob. 4, 17) refert monachos Cassinenses, cum a. 581 monasterium a Langobardis diriperetur, Romam aufugisse „codicem s. regulae, quam praefatus pater (Benedictus) composuerat deferentes“; idem (6, 40) narrat monasterium a. 717 a Petronace restitutum postea a Zacharia papa (741—752) accepisse „regulam, quam beatus pater Benedictus suis sanctis manibus conscripsit“. Ex his verbis historica certitudine hoc quidem concludi non potest revera illud exemplar fuisse s. Benedicti autographum; at hoc sine dubio efficitur et bibliothecarium pontificium et monachos Cassinenses id pro certo habuisse nec sine iure eos id credidisse inde potissimum colligere possumus, quod textum qui ab illo codice manavit optimum esse apparet.

Hic enim codex Cassini mansit usque ad a. 883, quo cum denuo monasterium ab hostibus vastaretur, monachi Teanum cum eo confugerunt. Sed post 13 annos id monasterium cum regulae codice incendio absumptum est. Attamen multo ante funestam hanc calamitatem anno

[1] Ed. secundam curavit H. Plenkers 1910.

787 Carolus Magnus Francorum rex a Theodemaro abbate huius codicis exemplum authenticum petierat, quod Paulus Diaconus cum his verbis ad eum misit: „Iuxta praeceptionem vestram en vobis regulam b. patris de ipso codice, quem ille suis manibus exaravit, transscriptam direximus."

Summam diligentiam in hac transscriptione adhibitam esse nemo negabit, sed recte monet Plenkers (Untersuchungen, p. 39) librarium saeculi octavi huic mandato haud facile potuisse omni ex parte satisfacere; nam primum ipsa scriptura langobardica, quae in usu erat s. Benedicti temporibus, difficilis erat lectu; deinde orthographia et grammatica autographi a normali, quae in scholis tunc tradebatur, valde differebant; tum verisimiliter textus non ita paucis locis erat correctus vel immutatus, denique librarius periculo obnoxius erat, ne lectionem aliquam illius textus, cui assuetus erat, etiamsi invitus, immisceret. Ergo hanc transscriptionem vix potuisse omnibus erroribus carere facile est intellectu.

Hoc quidem ipsum exemplum, quod appellatur Aquisgranense, periit, sed habemus codicem ab eo descriptum. Circa annum enim 820 Reginbertus monasterii Augiensis bibliothecarius monachis Tattoni et Grimalto mandavit, ut eum codicem transscriberent. Exstat adhuc epistula, qua fidelissime se id fecisse asseverant; in margine autem et in ipso textu obelis et punctis se lectiones varias ex exemplaribus magistrorum modernorum collectas adnotasse. Hoc ipsum exemplum est codex Sangallensis 914 (= A). Cum verisimillimum sit hunc codicem a s. Benedicti autographo uno tantum illo exemplo Aquisgranensi distare, summam auctoritatem ei tribuendam esse ut textus constituendi fundamento patet. Verumtamen ex hoc uno fonte genuinus regulae textus non potest hauriri. Nam praeterquam quod iam in archetypum Aquisgranensem errores irrepserunt, transscriptione quamvis diligenter facta alia menda addita sunt, quae non omnia tam manifesta sunt, quam *iustiam* (prol.), *pslami* (index capp.), *psallanter* (17, 1); insuper recentes manus nonnullis locis codicem correctionibus vel notis ita deturparunt, ut textus primarius vix iam possit certo cognosci. Itaque ad constituendum textum alii quoque codices adhibendi sunt.

Ex archetypo Aquisgranensi fluxit etiam cod. Vindobonensis 2232 (= B), qui etsi eiusdem fere aetatis est, tamen multo minoris est aestimandus, quia scriptus est a librario neglegenti et inscio, qui interdum etiam lectiones ex interpolata recensione immiscuit. Nihilominus, ubi suffragatur aut plurimis codd. puris aut certe codici A, quod plerumque fit, non est contemnendus traditionis testis; contingit etiam, sed rarissimo, ut prope solus genuinum textum conservarit.

Item saeculo nono [1]) scriptus esse videtur cod. Monacensis 28118 (= C) vel Regularum Codex s. Benedicti Aniani, qui in principio exhibet regulam s. Benedicti, a fol. 141 reg. Magistri, a fol. 196 reg. Donati. Textus maxima ex parte purus est; raro lectiones formae interpolatae irrepserunt; multo saepius autem textus correctus est secundum orthographiae et grammaticae leges, quamquam magna vulgarismorum pars, inprimis in capp. 8—18, est conservata. Ab exeunte cap. 55 usque ad medium cap. 63 mutilatus est codex, quam lacunam supplet apographum eius, codex Ultrajectensis 361 (= Cu).

Multo minor auctoritas, quam antea, nunc tribuitur codici Tegernseeensi, nunc Monacensi 19408 (= T). Ineunte saec. IX. transscriptus est ex codice, qui ab origine textum interpolatum exhibuerat, sed ad exemplum puri codicis correctus erat. Fieri non potuit, quin hoc modo non paucae lectiones ex interpolata recensione retinerentur. Praeterea codex T plurimis locis correctus est; mutationes quidem recentes facile ab aliis possunt discerni; antiquiores autem utrum a prima manu factae sint, an ab alia eiusdem fere aetatis, saepe dubitatur. Folium 59, quod casu aliquo periisse videtur, manu centum fere annis posteriore suppletum est.

Codex Faucensis (= F), saec. IX., qui nunc est in bibliotheca Ordinariatus episc. Augustani, quamquam fine prologi, ut codices interpolati, caret, tamen maxima ex parte adnumerandus est classi purae, si quidem primarias tantum lectiones spectaveris. Plurimis autem locis factae sunt manu recentiore mutationes, quibus textus ad leges grammaticae aut ad recensionem textus recepti accommodatur. Nonnulla folia desunt.

Codex Frisingensis (= Fr) nunc Monacensis 6255, scr. saec. X/XI. in priore quidem parte, etsi ad grammaticae normam saepe correctus est, tamen typum purum repraesentat; in posteriore vero parte magis magisque ad textum interpolatum declinat. Codex autem Fuldensis D 3 (= Fu), quamquam scriptus est saeculo nono, tamen multo plures lectiones quam alii huius aetatis codices ex recensione recepta vel interpolata assumpsit; sed aliis locis non paucis genuinum textum conservavit.

Inter C Fr Fu ea re similitudo quaedam intercedit, quod in multis indicis post prologum capitulis, ut Smaragdi commentarius, amplificationem addunt (42—44. 47—49. 53. 55. 58. 61, 63. 64. 66. 67); in paucis capp. ea additamenta habet etiam F.

Dresdensis A 128 (= Dr) multo recentiore tempore scriptus est (saec. XII.), sed magna ex parte classis purae typum gerit ob eamque causam interdum in testimonium adhibetur.

[1] Krusch eum adscribit saeculo decimo.

In editione codicis A ab A. Amelli et G. Morin exactissime facta [1]) sub textu afferuntur lectiones codicum, qui Montiscassini asservantur (= K). Principem locum tenet K 175, scriptus ineunte saec. X. Maxima ex parte purum textum refert; sed interdum etiam recentiores interpolationes irrepserunt, velut *absit* (2, 7); *erit liber* (2, 13). Saepe in orthographia et grammatica consonat cum A, verumtamen haud raro textus ad leges grammaticas accommodatus est, immo nonnumquam ipsa prima manus id, quod iam scripserat, correxit. Quanta auctoritas huic codici tribuenda sit, non liquet, quia incertum est, utrum ex archetypo Aquisgranensi fluat, quod affirmat Traube, an non dependens ab illo ipse sit testis traditionis Cassinensis ex autographo s. Benedicti manantis, quod credunt Morin et Butler et ego verisimilius esse arbitror. Attamen, ubi non consentit cum A, nisi aliis ex gravioribus testibus fulciatur, vix umquam videtur esse praeferendus. K 179 ex saec. XI. plerumque sequitur codicem K 175, sed plura iam praebet incipientis corruptionis vestigia; similis est K 442 eiusdem aetatis, sed praeter multas correctiones grammaticas saepe interpolationes assumpsit, etsi maxima ex parte puram exhibet recensionem. Alii codd. K plerumque referunt textum receptum vel communem; 446 et 334, quamquam interpolatis adnumerandi sunt, in orthographia et grammatica haud raro mire cum A concinunt. Singularem locum tenet cod. 499 (= X), scr. circa a. 1300, cuius origo prorsus incerta est. Textus eius multis locis foedissime corruptus est; quam ob rem valde mirandum est haud paucis locis contra plurimos alios codd. eum purum textum conservasse, immo aliquot locis solum codici A suffragari.

Purum textum plerumque etiam praebet Regula Magistri, id est regulae paraphrasis, quae prologum, capp. 1. 2. 4—7 ad verbum continet. Cum edd. typis impressae non satis fideliter textum referant, Traube usus est Paris. lat. 12634 (= Mag. a); 12205 (= Mag. b) et Monac. 28118 (= Mag. c). Denique classi purae adscribendus est commentarius Smaragdi, ut patet ex codd. melioribus, velut Paris. lat. 4210, quo usus est Traube; in edd. impressis textus depravatus est ad textum receptum.

Interpolati textus vetustissimus est testis Regula Donati pro feminis religiosis medio saeculo septimo composita, quae aliquot partes regulae s. Benedicti ad verbum refert. Inter codices huius classis antiquissimus est codex Oxoniensis (bibl. Bodleiana, Hatton 48) = O. Qui etsi vetustate omnibus praestat — scriptus est enim circa a. 700 — tamen haud ita magni est aestimandus; nam praeter interpolationes, quae communes ei sunt cum aliis huius classis, multis aliis mendis librarii neglegentia ac licentia est inquinatus. Sangallensis 916 (= S) scriptus esse videtur exeunte saec. VIII. Multas habet rasuras

[1] Regulae s. Benedicti traditio codicum Casinensium, Montiscasini 1900.

et mutationes; nonnullis locis, quae fuerit lectio primaria, ex interpretatione alemannica inter lineas scripta potest concludi. Multae correcturae recentiore manu factae consonant cum textu purae recensionis.

Saepissime cum O et S concordat Veronensis LII 50 (= V) scriptus saec. VIII. vel IX. Codex Wirceburgensis (= W) ex bibl. Univers. Mp. th. q 22 et fragmenta cod. Emmeramensis (= E), nunc Monac. 29169, scripta sunt ante a. 800, sed corruptelis tam multis et gravibus inquinata sunt, ut ad textum constituendum nihil possint valere; interdum tamen ad testificandum textum interpolatum adhibita sunt.

Paulus Diaconus in commentario suo plerumque ipse sequitur textum interpolatum vel receptum, sed nonnumquam alterius recensionis, id est purae, lectiones commemorat.

Ex magna aliorum codicum magnitudine, qui aut textum receptum aut mixtum exhibent — una bibliotheca nationalis Parisiensis plus quam triginta possidet — praeter supra nominatos Edm. Schmidt usus est Parisiensi 4208 (= P) ex saec. IX., duobus Londinensibus (= Lo) ex mus. Britannico (Cotton Tiberius A III 115 saec. X. et Titus A 107 saec. XI.), Bruxellensi 8305 (= Br) ex saec. IX.; Vaticano lat. 5949 (= Vat.) ex saec. XI., Einsidlensi 236 (= Ei) s. IX. Hos omnes, quorum collationes in monasterio nostro asservantur, satis esse duxi interdum afferre, si quando aut textus testificandi causa aut ob philologicam aliquam rationem utile esse videbatur. Ex codicibus hispanicis pauca potui libare, quae Plenkers in commentatione sua affert p. 41 sq. Sed cum omnes ex archetypo interpolato fluant, etsi aliquot locis proprias lectiones praebeant, tamen sine damno neglegi eos potuisse existimo.

Codices C E F Fr T ipse denuo contuli, cod. A ediderunt A. Amelli et G. Morin; quibusdam autem locis dubiis precibus meis obsecutus iterum eum inspexit bibliothecarius Sangallensis; alios codices aut ipse Edm. Schmidt contulit (Br Dr Ei Fu P S W) aut amicorum usus est opera.

De sermone regulae s. Benedicti.

Textus receptus codicum et editiones typis impressae, quae usque ad nostra tempora in communi usu fuerunt, eo vel maxime a genuino textu differunt, quod formam regulae multis in rebus vulgarem ad legitimam grammaticae normam correxerunt. Nam et in orthographia et in vocabulorum flexione et in syntaxi genuinus s. Benedicti sermo, sicut alia saeculi sexti litterarum monumenta, adeo ab optimae aetatis consuetudine abhorret, ut inter praestantissimos sermonis vulgaris testes sit numerandus.

Ac primum quidem orthographiam aetate s. Benedicti a grammaticorum praeceptis multis in rebus discessisse ex plurimis testimoniis, inprimis ex inscriptionibus, perspicitur. Sed ad certam novam formam nondum eam pervenisse inde colligitur, quod modo legitima vocabulorum scriptione sermo vulgaris utebatur, modo ab ea declinabat. Cum enim pronuntiatio paulatim immutaretur, frustra impugnabant grammatici novam scriptionem cum sono mutato concinentem. Et quoniam s. Benedictus regulam non ad artis praecepta, sed ad cotidianum usum vellet conformare, mirum non est eum a iusta orthographia aetatis suae consuetudinem secutum saepe discessisse. Itaque omnes puri regulae codices a scriptura normali saepe deflectunt, maxime vero codex A. In quo hoc praecipue notabile est, quod saepissime (prope centies) v scribitur pro b inter vocales, e. gr. *devilis*, *intellegivilis*, *stavilitas*, *iuveo;* minus saepe (circiter tricies) b pro v, maxime post l et r, ex. gr. *parbo*, *solbo*, sed etiam *nobus*, *cabeo*. Quod autem magis mirum est, bis librarius primo rectam formam scripserat, deinde mendosam archetypi formam diligenti fidelitate substituit. Dubium ergo vix esse potest, quin A plerumque genuinam scriptionem referat, fortasse etiam eis locis, ubi iuxta legitimam scriptionem occurrit vulgaris, ut in eadem linea 42, 3 *sibe* et *sive*. Nam, ut alii textus vulgares, in primis inscriptiones, ita etiam regula s. Benedicti in orthographia certe nequaquam sibi constitit. Idem fere contingit in permutatione e et ae (ę), quae maxime in quibusdam vocabulis frequentissime invenitur in codicibus, et saepius quidem in B aliisque codd., quam in A. Cum saepissime usu veniat in inscriptionibus christianis, dubium esse non potest, quin hac quoque in re s. Benedictus haud raro a grammaticorum praeceptis deflexerit. — Multo rarius in optimis regulae codd. accidit, ut m finalis, quae littera vix iam audiebatur in pronuntiatione, aut omitteretur, ubi ponenda erat, aut adiceretur perperam, quod passim factum esse constat in inscriptionibus vulgaribus. In codice A paucissima exstant exempla: 17, 9 *lectione* pro *-em;* 53, 17 *aqua* pro *-am;* 56, 4 *seniore* pro *-em*; 45, 4 *humilitatem* pro *-e;* 61, 4 *consuetudinem* pro *-e*.

In his tribus casibus (in permutatione b cum v et e cum ae vel ę; in omissione vel falsa positione -m finalis) diu haesitavi, num semper sequendus esset codex A, praesertim cum saepe hic solus scriptionem vulgarem exhiberet. Tandem, ne nimis insolens esset textus forma multis lectoribus, scriptionem normalem in ipso textu substituere decrevi, ita tamen ut veritatis causa codicis A scripturam in notis criticis semper indicarem. In aliis rebus, ubi scriptio vulgaris auctoritate codicum, in primis A, testata esse videbatur, eam retinui. Praecipue hoc factum est in assimilatione consonantium in verbis compositis. Haec sine dubio ita semper adhibita est in pronuntiatione, ut

e. gr. audiretur *allidere, assumere, imponere;* sed non minus certum est in scribendo eam plerumque omissam esse, ut praepositionis forma integra appareret. In quibusdam tamen verbis semper adhibetur in regulae codd., ut in *corripere;* in aliis autem plerumque fieri solet, ubi nos eam omittere consuevimus, ut in verbo *ammonere.* — Aspiratio in textibus vulgaribus saepe aut omissa est, ubi ponenda fuit, aut perperam est apposita, quia in pronuntiatione h vix iam audiebatur; A hac in re plerumque scriptionem legitimam praebet, sed interdum falsam, ut *ora* pro *hora; ortus* pro *hortus; hostiarius.* — E et i in O et S, maxime autem in gallicis et hispanicis codd., saepe permutantur, admodum raro autem in A et aliis optimis codd., ut *discidentes* (prol. 85), *expaviscere* (4, 22), *dilectatio* (7, 136). — Ci et ti in A plerumque, etsi non semper, recte discernuntur, in aliis codd. saepe permutantur. — Pro t s. Benedictus scripsisse videtur d in *ad* pro *at* (36, 13) et *adque* (41, 8), quae in aliis quoque textibus vulgaribus saepe occurrunt. Aliae scriptiones a normali alienae, quae raro inveniuntur, notatae sunt in apparatu critico. Denique hoc attendendum est omnes fere scribendi modos vulgares, quos reperimus in A aliisque codd. optimis, etiam in aliis textibus magis minusve vulgaribus esse testificatos; perraro in A scriptionem aliquam singularem invenimus, ut *cotithię* prol. 18.

Quod ad grammaticam attinet, multi in genuino regulae textu inveniuntur vulgarismi, qui communes ei sunt cum omnibus textibus vulgaribus. Valde tamen erraverit, si quis regulam universam sermonis cotidiani hominum plebeiorum testem esse opinetur [1]). Vulgarismi enim intermixti sunt aliis locis, ubi grammaticae leges recte observantur.

Non paucae mutationes, maxime in temporum et modorum usu, apud alios quoque meliores scriptores posteriorum temporum passim reperiuntur. Ad philologorum commodum res ad grammaticam pertinentes in indice collegi et generibus distinxi.

In verborum quoque usu, quas mutationes lingua latina posteriore aetate subierit, s. Benedicti regula testatur. Permulta in ea occurrunt verba ex lingua graeca desumpta, sed omnia pridem invecta erant in sermonem ecclesiasticum; solum verbum *senpecta* apud alium scriptorem non reperitur. Aliquotiens variationis causa modo graecum, modo latinum vocabulum idem significans posuisse videtur, e. gr. *acediosus — neglegens; presbyterus, episcopus — sacerdos; monasterium — claustrum; hebdomada — septimana; pausare — dormire* (cf. indicem).

Ea quoque in re regula cum aliis scriptoribus vulgaribus congruit, quod aliqua verba *(tum, neve)* prorsus interierunt, alia multo rarius, quam antea, usurpantur, velut *ac, atque, at, itaque.* Nonnulla, etiamsi adhuc vigebant, tamen aliis iam cedere incipiebant: adiect. *parvus* nondum abolitum est (8, 8; 18, 32; 64, 4; 67, 12), sed adv. est *modice*

[1] Cf. introductionem in sermonem s. Benedicti in Comm. meo p. 86 sqq.

(8, 4; 13, 4; 55, 18; 71, 11); pro *edere* (39, 4) dicitur *comedere* (38, 10) vel *manducare* (51, 3; 58, 8); pro *esus* (36, 12) etiam *comestio* (39, 16); pro *emere* usurpatur *comparare* (55, 10) pro *nemo* semper *nullus;* pro *quot* (17, 1) invenitur *quanti* (9, 1); loco pronominum *hic* et *is* saepe praeferuntur *iste, ille, ipse; saepius* aliquotiens invenitur, sed numquam *saepe*, pro quo dicitur *frequenter* (4, 30; 28, 2; 55, 21).

In enuntiatorum constructione s. Benedictus, ut decebat legum conditorem, prae se fert simplicem quandam uniformitatem. In iis tamen partibus, quibus ad perfectionem monasticam sapientiae doctrina informat discipulos, oratio eius altius se extollit. Artem sententias numerosa concinnitate claudendi plerumque sane in eo desideres; immo haud raro inconditis anacoluthiis et constructionum contaminationibus aliquam difficultatem parat legenti. Sed altera ex parte concisa brevitate et gravitate, unde antiqua illa maiestas viri vere Romani elucet, genus eius dicendi commendatur. Itaque figurarum ornatum, ut res ipsa ferebat, plerumque sprevit; saepius tamen ponderosis oppositionibus contrariorum aut membrorum parallelismis atque anaphoris vim auget orationis; alia vero figurarum ornamenta raro adhibuit; ut verborum lusum (55, 35 *indigentium — invidentium;* 64, 15 *prodesse — praeesse*), allitterationes (velut prol. 71 *corda — corpora;* ibd. 84 *dilectionis dulcedine*), similitudines vel translationes (e. gr. 1, 14. 15), quas ex parte saltem ex scriptoribus ecclesiasticis assumpsit.

Editiones aliique libri ad regulam pertinentes.

Praeter editiones supra commemoratas inprimis laudanda est editio Abbatis Cuthb. Butler critico-practica, quae primum in lucem prodiit Friburgi 1912, secundo 1927. Cum editionem suam ad monachorum usum in choro destinasset, „quaedam inculta ac minus Latine dicta“ duxit castiganda. Philologorum ergo desideriis non in animo habuit plane satisfacere; hi nimirum eos ipsos vulgarismos, quos tacite sustulit, ad suum commodum volunt conservatos. Cum hac autem exceptione haec editio etiam, quod ad textus recensionem attinet, antecessores superavit. Monachorum vero omnium plausum maximum tulit, quod additamentis eam auxit ad vitae monasticae perfectionem et mentem s. Benedicti penitus intellegendam utilissimis. — Anno 1922 commentario meo philologico textum praemisi ad codicum fidem, quoad tunc potui, constitutum. Quem si quis cum hac editione comparaverit, aliquot locis me nunc scrupulosius, quam tunc faciendum esse putaram, codicis praestantissimi lectiones amplexum esse perspiciet. Aliae editiones, quas novi, omnes satis habent textum traditione receptum referre practico tantum usui servientem. Plenkers in corpore

scriptorum ecclesiasticorum Vindobonensi ex multis annis novam editionem criticam in lucem proferre cogitat, quam nunc propediem ex typographia emanaturam esse audivimus.

Praeter multas commentationes in variis foliis periodicis dispersas[1]) post librum Ludovici Traube supra laudatum hi praecipue nominandi sunt:

Plenkers Herib., Untersuchungen zur Überlieferungsgeschichte der ältesten lat. Mönchsregeln, München 1906 (= Quellen und Untersuchungen zur lat. Philol. des Mittelalters v. L. Traube I 3).

Spreitzenhofer, Ernest, die histor. Voraussetzungen der Regel des h. Benedikt, Wien 1895 (Jahresber. des Schottengymnasiums).

Wölfflin, E., Benedikt von Nursia und seine Mönchsregel, Sitzungsberichte d. k. bayr. Akad. der Wiss. 1895, S. 429ff. et: Die Latinität des Benedikt von Nursia, Archiv für lat. Gramm. u. Lex. IX 493 ff.

[1] Ex. gr. Revue Bénédictine (XV = 1898, p. 503 sqq.; XXIX = 1912 aliisque annis), Journal of Theol. Studies (1899, 1902, 1907, 1910, 1911), Zeitschrift für die österreichischen Gymnasien (53 = 1902, p. 97sqq.), Rand in Gött. Gel. Anz. 1899, 892sqq., Rivista di filol. e di istruz. class. XL (1912) et XLII (1914).

Index codicum et aliarum abbreviationum.

Ψ = codices classis purae.
Σ = codices interpolati.
A = Sangallensis 914 in. saec. IX.
α = lectiones in A „ex magistris modernis" aut in margine aut obelo et punctis in ipso textu notatae.
a = Augiensis 128 ex Reichenau, nunc in Karlsruhe, ab A descriptus, multis l. ad gramm. leges correctus.
B = Vindobonensis 2232; in. saec. IX.
Br = Bruxellensis 8305 scr. post saec. IX.
C = Monacensis 28118 in. saec. IX.
Cu = Ultrajectensis 361 a C descriptus, qui supplet lacunam codicis C a fin. 55 usque ad med. cap. 63.
Dr = Dresdensis A 128 saec. XII.
E = fragmenta cod. Emmeramensis, nunc Monac. 29169 saec. VIII.
Ei = Einsidlensis 236 saec. IX.
F = Faucensis, nunc in bibl. Ordinariatus episc. Augustani saec. IX.
Fr = Frisingensis, nunc Monac. 6255 saec. X—XI.
Fu = Fuldensis D 3 saec. IX.
H = codices Hispanici; ll. ex Plenkers, Untersuchungen, p. 42 desumptae.
K = codices Cassinenses aut omnes aut certe praestantissimi, nisi numerus singulorum codd. additur; cf. Prolegomena.
O = Oxoniensis, bibl. Bodleiana, Hatton 48 ex. saec. VIII.
P = Parisinus, bibl. nat. 4208 saec. IX.
Lo I et II = Brit. Mus. Cotton Tib. A III 115 (saec. X) et Tit. IV 107 (saec. XI).
S = Sangallensis 916 saec. VIII—IX.
T = Tegernseeensis, nunc Monac. 19408 in. saec. IX.
V = Veronensis LII (50), bibl. capituli cathedralis saec. VIII—IX.
W = Bibl. Univ. Würzburg. Mp. th. q. 22 saec. VIII—IX.
oo. = omnes.
recc. = codices recentiores aut suprascripti aut alii in plurimis edd. vulgatis adhibiti.
A*B* etc. significat primariam codicum lectionem.
A^cB^c etc. correctionem postea aut pr. m. (= prima manu) aut recentiore vel posteriore manu factam.
add. = addit (addunt).
om. = omittit (omittunt).
supra l. = supra lineam; ras. = rasura(m); del. = deletum.
cf. ante locos s. scripturae aut scriptorum eccles. significat aut s. Benedictum ipsum eos locos immutatos ad suum usum transtulisse aut tantum similitudinem quandam intercedere.
* ante locos s. scripturae significat s. Benedictum locum ipsum afferre, sed textum non plane consonare cum textu nostrae Vulgatae.

Abbreviationes librorum in apparatu nonnumquam allatorum:

L. Comm. = Linderbauer, Benno, S. Benedicti regula, hrsg. und philol. erklärt, Metten 1922.
Traube = Traube, Ludw., Textgeschichte der Regula s. Benedicti (Abh. der kgl. bayer. Akad. der Wiss.), philos.-philol. und hist. Kl. 25²), 1898; 2. A. v. H. Plenkers, 1910.
Plenkers = Plenkers, Heribert, Untersuchungen zur Überlieferungsgesch. der ältesten Mönchsregeln, München 1906.
Löfstedt = Löfstedt, Einar, Philol. Kommentar zur Peregrinatio Aetheriae, Uppsala 1911.
Löfstedt, Syntact. = Löfstedt, Einar, Syntactica, Studien und Beitr. zur histor. Syntax des Lat. I, Lund 1928.
Neue = Neue-Wagener, Formenlehre der lat. Sprache, 3. Aufl., Leipzig 1902—05.
CIL = Corpus inscriptionum Latinarum.
Thes. l. l. = Thesaurus linguae latinae.

S. Benedicti Regula Monasteriorum.

Prologus.

Obsculta, o fili, praecepta magistri et inclina aurem cordis tui et admonitionem pii patris libenter excipe et efficaciter comple, ut ad eum per oboedientiae laborem redeas, a quo per inoboedientiae desidiam recesseras. Ad te ergo nunc mihi sermo dirigitur, quisquis abrenuntians propriis voluntatibus Domino Christo vero regi militaturus oboedientiae fortissima atque praeclara arma sumis. Inprimis, ut quidquid agendum inchoas bonum, ab eo perfici instantissima oratione deposcas, ut, qui nos iam in filiorum dignatus est numero computare, non debet aliquando de malis actibus nostris contristari. Ita enim ei omni tempore de bonis suis in nobis parendum est, ut non solum iratus pater suos non aliquando filios exheredet, sed nec ut metuendus dominus irritatus a malis nostris ut nequissimos servos perpetuam tradat ad poenam, qui eum sequi noluerint ad gloriam.

Exurgamus ergo tandem aliquando excitante nos Scriptura ac dicente: „Hora est iam nos de somno surgere“, et apertis oculis nostris ad deificum lumen adtonitis auribus audiamus, divina cotidie clamans, quid nos admonet vox dicens: „Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra“; et iterum: „Qui habet aures audiendi, audiat, quid Spiritus dicat ecclesiis.“. Et quid dicit? „Venite, filii, audite me, timorem Domini docebo

3 *Prov 4, 20; cf. Ps 44, 11; Hier, ep. 22, 1. 4 cf. Aug. civ. 11, 28; Verba Sen., vitae PP. 5, 14, 15. 5 cf. Aug de nat. et gr. 20, 22. 5. 6 Hier. ep. 22, 15. 6. 7 cf. Verba Sen., vitae PP. 5, 1, 9; Rufin. hist. mon. 31. 17 Rom 13, 11. 19 Ps 94, 8. 20—21 cf. Aug. in Ps 33, 16—18. 20 Mt 11, 15; Apoc 2, 7. 22 Ps 33, 12.

2 *In nomine Domini nostri Jesu Christi incipit prologus regulae patris eximii beati Benedicti* A; alii quoque codd. plur. similem tituli formam exhibent, quam recentiorem esse ex honorifica additione patet; aliquot K om. tit. 3 *obsculta* ABCK Smar. Mag. b Paul; *ausculta* α TFOSV al. Mag c; *asculta* X; cf. L. Comm. 93. 4 *admonitionem* A al.; *ammonitionem* KF al. 6 *mihi* AK175* al. Ψ; *meus* α K rel. F al. 7 *voluntatibus* AK175 cum plur.; *voluptatibus* αK rel. al. 8 *sumis* ABCKFr al.; *adsumis (assumis)* TOS al. 10 *debet* ABCTKXS; *debeat* αFOV al. 13 *set* A*K179; *sed* A^{c} al., cf. lin. 68; *a* A cum al. Ψ; om. KΣ. 18 *adtonitis* AT*; *attonitis* plur. al.; = attentis cf. L. Comm. p. 120, ubi addi potuit Apul. met. 4, 22; *huic operi attonitus.* 18 *cotithię* A; sim. *cottidię* 63; al. loc. semper *cotidie* vel *cottidie*, ut al. codd. oo. 19 *admonet* AT* al.; *ammonet* FSK; *ammoneat* C*Σ plur.

vos. Currite, dum lumen vitae habeatis, ne tenebrae mortis vos conprehendant!“

Et quaerens Dominus in multitudinem populi, cui haec clamat, operarium suum iterum dicit: „Quis est homo qui vult vitam et cupit videre dies bonos?“ Quod si tu audiens respondeas: Ego, dicit tibi Deus: „Si vis habere veram et perpetuam vitam, prohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum; deverte a malo et fac bonum: inquire pacem et sequere eam!“ Et cum haec feceritis, oculi mei super vos et aures meae ad preces vestras, et antequam me invocetis, dicam vobis: „Ecce adsum.“

Quid dulcius nobis ab hac voce Domini invitantis nos, fratres carissimi? Ecce pietate sua demonstrat Dominus viam vitae. Succinctis ergo fide vel observantia bonorum actuum lumbis nostris per ducatum evangelii pergamus itinera ejus, ut mereamur eum, qui nos vocavit in regnum suum videre.

In cuius regni tabernaculo si volumus habitare, nisi illuc bonis actibus curritur, minime pervenitur. Sed interrogemus cum Propheta Dominum dicentes ei: „Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescit in monte sancto tuo?“ Post hanc interrogationem, fratres, audiamus Dominum respondentem et ostendentem nobis viam ipsius tabernaculi dicens: „Qui ingreditur sine macula et operatur iustitiam; qui loquitur veritatem in corde suo; qui non egit dolum in lingua sua; qui non fecit proximo suo malum; qui opprobrium non accepit adversus proximum suum“; qui malignum diabolum aliqua suadentem sibi cum ipsa suasione sua a conspectibus cordis sui respuens deduxit ad nihilum et parvulos cogitatos eius tenuit et adlisit ad Christum;

---

23 *Joh 12, 35. 25—68 cf. Ps. Aug. in serm. Cod. lat. Monac. 14445 ap. Morin, Revue Bénéd. 1894, p. 393sqq. et 1922, p. 124. 26 *Ps 33, 13. 28 *Ps 33, 14, 15. 31 cf. Ps 33, 16. 32 cf. Is 58, 9; 65, 24. 35 cf. Ps 15, 11; Eph 6, 14. 15. 37 cf. 1 Thess 2, 12. 41 Ps 14, 1. 44 *Ps 14, 2, 3. 48. 49 cf. Ps 14, 4; Eph 1, 18; Hilar. tract. in Ps 136, 14. 50 cf. Hier ep. 22, 6 et commentariol. in Ps (Anecd. Maredsol. III 1 p. 94); Ambr. de paen. 2, 106; Aug. enarr. in Ps 136, 21; cf. Ps 136, 9.

24 *habeatis* A*; *habetis* A^{c}K al. plur. 25 *multitudinem* AC*; *-ine* alii Ψ et Σ oo. (permut. cas. post praepos. *in* frequentiss. est in serm. vulg. cf. L. Comm. p. 123). 34 *ab* AX cum plur. Ψ et Σ antiq.; sed Ķ oo. om.; cf. L. Comm. p. 129 et Löfstedt, Syntactica I, 256sqq. 34 *kṁi* COĶFr. 36 *per ducatum evangelii* ABCTĶX al.; *calciatis in praeparatione evangelii pacis pedibus* OSV (*in praeparationem*); cf. Eph 6, 15. 38 *regnum suum* ABC*TĶ; *regno suo* FOS al. 40 *curritur* A^{1}BTĶ al.; *curratur* A*COS al. 40 *prophęta* A. 41 *tavernaculo* A; item 69, sed 39 *tabernaculo requiescit* ABTS al.; *-et* KFr al. 44 *ipsius* = artic. defin. cf. L. Comm. p. 132; *dicens* ABC*XTĶ175 OS; *ac dicentem* α Krel. al. 50 *cogitatos* AXF* cf. *excessos* cap. 67, vd. L. Comm. p. 135; *cogitatus* α al.

qui timentes Dominum de bona observantia sua non se reddunt elatos, sed ipsa in se bona non a se posse, sed a Domino fieri existimantes operantem in se Dominum magnificant illud cum Propheta dicentes: „Non nobis, Domine, non nobis sed nomini tuo da gloriam“; sicut nec Paulus Apostolus de praedicatione sua sibi aliquid inputavit dicens: „Gratia Dei sum id quod sum“; et iterum ipse dicit: „Qui gloriatur, in Domino glorietur.“

Unde et Dominus in Evangelio ait: „Qui audit verba mea haec et facit ea, similabo eum viro sapienti qui aedificavit domum suam super petram; venerunt flumina, flaverunt venti et impigerunt in domum illam, et non cecidit, quia fundata erat super petram.“

Haec complens Dominus exspectat nos cotidie his suis sanctis monitis factis nos respondere debere. Ideo nobis propter emendationem malorum huius vitae dies ad indutias relaxantur dicente Apostolo: „An nescis, quia patientia Dei ad paenitentiam te adducit?“ Nam pius Dominus dicit: „Nolo mortem peccatoris, sed convertatur et vivat.“

Cum ergo interrogassemus Dominum, fratres, de habitatore tabernaculi eius, audivimus habitandi praeceptum; sed si compleamus habitatoris officium. Ergo praeparanda sunt corda et corpora nostra sanctae praeceptorum oboedientiae militanda. Et quod minus habet in nos natura possibile, rogemus Dominum, ut gratiae suae iubeat nobis adiutorium ministrare. Et si fugientes gehennae poenas ad vitam volumus pervenire perpetuam, dum adhuc vacat et in hoc corpore sumus et haec omnia per hanc lucis vitam vacat implere, currendum et agendum est modo, quod in perpetuo nobis expediat.

Constituenda est ergo a nobis dominici scola servitii. In qua institu-

53 cf. Phil 2, 13. 54 Ps 113b, 1. 56 1 Cor 15, 10. 57 2 Cor 10, 17. 58 *Mt 7, 24. 25. 66 *Rom 2, 4. 67 *Ez 33, 1. 71 cf. 1 Reg 7, 3.

52 *existimantes* A cum plur.; *exestimantes* STF. 61 *inpigerunt* A*BC (eandem formam hoc loco exhibent antiq. codd. s. script.); *impigerunt* S; *impegerunt* A^{c} al. plur. 63 *cottidię* A. 64 *ęmendationem* A. 65 *indutias* A*BK al.; *inducias* A^{c} r. m. TOS al.; *apostulo* A; *apostolo* OST al.; lin. 55 etiam A *-olus*; alii quoque codd., velut B, inconstanter scribunt. 68 *ut* add. post *sed* αK175^{c} Krel. X. 71 sqq. Omnia quae post verba: *habitatoris officium* inveniuntur in codd. puris ABCTK), desunt in interpolatis et in aliquot contaminatis (F al.); in S ante prologum suppleta sunt. Pro prolixa hac conclusione OVS et al. post v. *officium* apodosis loco addunt *erimus haeredes regni caelorum*; in T haec verba erasa sunt. K et X (m. poster.), codd. recc. et edd. vulgatae simul cum genuina conclusione interpolatam conclusiunculam adsumpserunt. 70 *complemus* A* sed pr. m. s. l. add. a. 72 *militanda* ABCTKX; *militatura* α al.; cf. L. Comm. d. 141 sq.; *minus* = *non*. 72 *nos* ABCTK, *nobis* α al. 73 *iuveat* AK179 (al. autem locis A recte scr. *iubere*). 76 *hanc* om. A; add. BTK al. 77 *perpetuo* ABC; *-um* TS al. 78 *scola* ABK; *schola* T al.

tione nihil asperum, nihil grave nos constituturos speramus; sed et si quid paululum restrictius dictante aequitatis ratione propter emendationem vitiorum vel conservationem caritatis processerit, non ilico pavore perterritus refugias viam salutis, quae non est nisi angusto initio incipienda, processu vero conversationis et fidei dilatato corde inenarrabili dilectionis dulcedine curritur via mandatorum Dei, ut ab ipsius numquam magisterio discidentes in eius doctrinam usque ad mortem in monasterio perseverantes passionibus Christi per patientiam participemur, ut et regno eius mereamur esse consortes. Amen.

Explicit prologus.

Incipiunt capitula regulae monasteriorum.

I. De generibus vel vita monachorum.
II. Qualis debeat esse abbas.
III. De adhibendis ad consilium fratribus.
IV. Quae sunt instrumenta bonorum operum.
V. De oboedientia discipulorum qualis sit.
VI. De taciturnitate.
VII. De humilitate.
VIII. De officiis divinis in noctibus.
IX. Quanti psalmi dicendi sunt nocturnis horis.
X. Qualiter aestatis tempore agatur nocturna laus.
XI. Qualiter dominicis diebus vigiliae agantur.
XII. Qualiter matutinorum sollemnitas agatur.
XIII. Privatis diebus qualiter matutini agantur.
XIV. In natale Sanctorum qualiter vigiliae agantur.
XV. „Alleluia" quibus temporibus dicatur.
XVI. Qualiter divina opera per diem agantur.
XVII. Quanti psalmi per easdem horas dicendi sunt.
XVIII. Quo ordine psalmi dicendi sunt.
XIX. De disciplina psallendi.
XX. De reverentia orationis.
XXI. Decani monasterii quales debeant esse.

83 cf. Ps 118, 32. 85 cf. Act 2, 42. 86 cf. 1 Petr 4, 13.

83 *conversationis* cf. L. Comm. p. 144sq. 84 *inęnarrabili* A. 85 *discidentes* AB (freq. permut. in serm. vulg.); *doctrinam* AK175 et al. X; *-a* BT al. cf. lin. 25. 87 *regno* ACT*K175*; *regni* αBSt.

Capitula. 3 *debeat* ABCTKO; *debet* S. 4 *fratribus* A cum plur.; *fratrum* T. 13 *sollemnitas* A cum plur.; *sollempnitas* XK175 al. 15 *natale* AXO; *nataliciis* CTKS; *-itiis* Fr et multi rec.; abbrev. *nat.* B. 19 *ipsi* add. ante *psalmi* TSK179 al.; om. ABCO al. 22 *decani* ABCO; *de decanis* TFKS al.

XXII. Quomodo dormiant monachi.
XXIII. De excommunicatione culparum.
XXIV. Qualis debeat esse modus excommunicationis.
XXV. De gravioribus culpis.
XXVI. De his qui sine iussione iunguntur excommunicatis.
XXVII. Qualiter debeat abba sollicitus esse circa excommunicatos.
XXVIII. De his qui saepius correpti emendare noluerint.
XXIX. Si debeant iterum recipi fratres exeuntes de monasterio.
XXX. Pueri minori aetate qualiter corripiantur.
XXXI. Qualis debeat esse cellararius monasterii.
XXXII. De ferramentis vel rebus monasterii.
XXXIII. Si quid debeant monachi proprium habere.
XXXIV. Si omnes aequaliter debeant necessaria accipere.
XXXV. De septimanariis coquinae.
XXXVI. De infirmis fratribus.
XXXVII. De senibus vel infantibus.
XXXVIII. De ebdomadario lectore.
XXXIX. De mensura cibus.
XL. De mensura potus.
XLI. Quibus horis oportet reficere fratres.
XLII. Ut post completorium nemo loquatur.
XLIII. De his qui ad opus Dei vel ad mensam tarde occurrunt.
XLIV. De his qui excommunicantur quomodo satisfaciant.
XLV. De his qui falluntur in oratorio.
XLVI. De his qui in aliis quibuslibet rebus delinquunt.
XLVII. De significanda hora operis Dei.
XLVIII. De opera manuum cottidiana.
XLIX. De quadragesimae observatione.
L. De fratres qui longe ab oratorio operantur.
LI. De fratres qui non satis longe proficiscuntur.
LII. De oratorio monasterii.

24 *culpatorum* Fu. 27 *iunguntur* ABCT al.; *se iungunt* X al. 28 *abba* ABC; *abbas* TOS al. 29 *sepius* ABX al.; *saepius* OS al.; *sepe* TK175 al.; *emendare noluerint* AK175. 179. 442. 334; *emendare n.* BS; *e. nolunt* T; *e. noluerunt* O; *non emendaverint* CF multi recc. 31 *minori* ABCX al.; *minore* TSK175. 32 *cellerarius* (forma rec.) A; *cellararius* TK175 XO al., quod al. locis etiam A semper exhibet (cap. 31 et 35); *de cellarario* CF al.; *cellarius* B; *de cellario* S. 36 *coquine* A. 39 *ebdomadario* ABCF cum plur. 40 *cibi* AO; *cibus* TX; in ipso autem cap. 39 BCT*XO habent *cibus* atque etiam A*, sed supra *-us* invenitur *i*; *ciborum* K175. 179 recc. 43 *completorium* ABFK al.; *-ios* C al. *-orio* T. 44 *ad mensa* A (in ipso autem textu *-am*); K179. 47 *in aliis quibuslibet rebus* ABX; *in aliquibus rebus* T; *in aliquibus levibus causis* CFrK175. 442. 47 (cf. ital. cosa; francog. chose). 49 *de opera manuum cottidianum* A*, quem errorem perperam m. rec. corr. in *-iano*; *opera—cotidiana* TK175 al.; *opere -ano* BCF al. 51. 52 *de fratres* A*B; *de fratribus* A^{c} al.; 51 *operantur* ABOK175 al.; *operant* S; *laborant* TK179 X al.

LIII. De hospitibus suscipiendis.
LIV. Ut non debeat monachus litteras vel eulogias suscipere.
LV. De vestiariis vel calciariis fratrum.
LVI. De mensa abbatis.
LVII. De artificibus monasterii.
LVIII. De ordine suscipiendorum fratrum.
LIX. De filiis nobilium vel pauperum.
LX. De sacerdotibus qui in monasterio habitare voluerint.
LXI. De monachis peregrinis.
LXII. De sacerdotibus monasterii.
LXIII. De ordine congregationis.
LXIV. De abbate ordinando.
LXV. De praeposito.
LXVI. De hostiariis monasterii.
LXVII. De fratribus in viam directis.
LXVIII. Si fratri inpossibilia a priore iubeantur.
LXIX. Ut in monasterio non praesumat alter alium defendere.
LXX. Ut non praesumat quisquam alium caedere.
LXXI. Ut oboedientes sibi sint invicem.
LXXII. De zelo bono quod debent monachi habere.
LXXIII. De hoc quod non omnis observatio iustitiae in hac sit regula constituta.

Expliciunt Capitula.

56 *de vestiariis vel calciairis* ABTK al.; *de vestiario et calciario* FFu al.; *de v. et calciolario* C. 59 *ordine* A cum al. Ψ et Σ plur.; *disciplina* FFrFu al. 66 *proposito* T. cf. cap. 65, 1. 67 *hostiariis* ABXOS al.; *ostiariis* TK175 al. 68 *in viam* ABC al.; *in via* TK179 XOS. 69 *iubeantur* A cum opt.; *iubentur* X; *iniunguntur* Fu S al. 70 *alter alium* ABK179 X; *alter alterum* CTK175 al. 71 *cedere* ABCTFr K; *caedere* al. plur. 73 *quod* ABTXOS; *quem* CF rec.

Incipit textus regulae.
Regula appellatur ab hoc quod oboedientum dirigat mores.

I. De generibus monachorum.

Monachorum quattuor esse genera manifestum est. Primum coenobitarum, hoc est monasteriale militans sub regula vel abbate.

Deinde secundum genus est anachoritarum, id est heremitarum, horum qui non conversationis fervore novicio, sed monasterii probatione diuturna, qui didicerunt contra diabolum multorum solacio iam docti pugnare et bene extructi fraterna ex acie ad singularem pugnam heremi securi iam sine consolatione alterius sola manu vel brachio contra vitia carnis vel cogitationum Deo auxiliante pugnare sufficiunt.

Tertium vero monachorum teterrimum genus est sarabaitarum, qui nulla regula adprobati experientia magistra, sicut aurum fornacis, sed in plumbi natura molliti adhuc operibus servantes saeculo fidem mentiri Deo per tonsuram noscuntur; qui bini aut terni aut certe singuli sine pastore non dominicis, sed suis inclusi ovilibus pro lege eis est desideriorum voluptas, cum quidquid putaverint vel elegerint, hoc dicunt sanctum, et quod noluerint, hoc putant non licere.

Quartum vero genus est monachorum, quod nominatur gyrovagum, bui tota vita sua per diversas provincias ternis aut quaternis diebus per diversorum cellas hospitantur semper vagi et numquam stabiles

---

I 1—19 cf. Hier. ep. 22, 34; Cassian. Coll. 18, 4. 6. 7. 14. 15 cf. Cassian. coll. 19, 7. 20—24 cf. Aug. de op. mon. 36; in Ps 132, 3; Cassian. inst. 10, 6. 24 cf. Rufin. hist. mon. 7 fin.; Hier. ep. 53, 8. In proverbium abiisse videtur haec sententia, quae similibus verbis expressa est a Sall. Iug. 19, 2.

Titulus. *Incipit textus regule(ae)* ABCF al. *Regula apellatur ab hoc quod oboedientum dirigat mores* A; sim. K175, sed *appelatur*; XK442, sed *appellatur*; item BCFr, sed *oboedientium*; in T haec verba sunt ante prol.; in multis codd. om. 4 *generibus vel vita* K175 X al. 5 *coenovitarum* AK175. 179. 442 X. 8 *conversationis* A cum plur. Ψ et Σ; *conversionis* Fu P al. rec. 9 *qui* ABCTKXSV; om. FFuO al. 9 *diabolum* ACS al.; *diabulum* BTO; *solacio* ACTKXO; *solatio* S cum plur. rec. 10 *extructi* ABCTO; *instructi* αFKΣ plur. 13 *teterrimum* A cum prope oo.; *deterrimum* SP al. recc. 15 *natura* A cum plur. Ψ et Σ; *naturam* FrO al. 15 *servantes* A cum plur. Ψ et Σ; *servientes* F (corr. ex *serventes*) FrSV; *fide* F (*m* eras.) S. 21 *tota vita sua* A al. Ψ et quidam Σ; accus. K 179 S al.

et propriis voluntatibus et gulae inlecebris servientes et per omnia deteriores sarabaitis. De quorum omnium horum miserrima conversatione melius est silere quam loqui.

His ergo omissis ad coenobitarum fortissimum genus disponendum adiuvante Domino veniamus.

II. Qualis debeat abbas esse.

Abbas, qui praeesse dignus est monasterio, semper meminere debet quod dicitur, et nomen maioris factis implere. Christi enim agere vices in monasterio creditur, quando ipsius vocatur pronomine dicente Apostolo: „Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba, pater."

Ideoque abbas nihil extra praeceptum Domini quod sit debet aut docere aut constituere vel iubere; sed iussio eius vel doctrina fermentum divinae iustitiae in discipulorum mentibus conspargatur, memor semper abbas, quia doctrinae suae vel discipulorum oboedientiae utrarumque rerum in tremendo iudicio Dei facienda erit discussio; sciatque abbas culpae pastoris incumbere, quidquid in ovibus paterfamilias utilitatis minus potuerit invenire. Tantundem iterum erit, ut, si inquieto vel inoboedienti gregi pastoris fuerit omnis diligentia adtributa, et morbidis earum actibus universa fuerit cura exhibita, pastor eorum in iudicio Domini absolutus dicat cum Propheta Domino: „Iustitiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam et salutare tuum dixi; ipsi autem contemnentes spreverunt me", et tunc demum inoboedientibus curae suae ovibus poena sit eis praevalens ipsa mors.

Ergo cum aliquis suscipit nomen abbatis, duplici debet doctrina suis praeesse discipulis, id est omnia bona et sancta factis amplius quam verbis ostendat, ut capacibus discipulis mandata Domini verbis

---

I 26. 27 Hier. ep. 22, 35.

II 5 Rom 8, 15; cf. Basil. reg. 15. 17 Ps 39, 11. 18 Is 1, 2; cf. Ez 20, 27. 20 cf. Is 25, 8 interpret. vet. (= ἰσχύσας).

I 23 *voluntatibus* A cum plur.; *voluptatibus* αK al. 23 *guilae* A* (sed i eras.) T; non merus librarii error, sed forma vulg., cf. francog. gueule; ideo fortasse restituenda. 24 *horum* A cum plur., om. V al.

II 1 *abba* K175 F. 4 *pronomine* A cum plur.; *praenomine* B al. recc. 7 *sit* ABCTO; *absit* αKFSO^{c}T^{c}X al. 8 *fermentum* A cum plur.; *fermento* OV. 9 *sit* post *memor* add. FX al.; om. A cum plur. 13 *tantundem iterum erit* ABCTF*; *tantum iterum erit* OS; *tantundem iterum erit liber* KX; *tantum iterum erit liber* αF^{c}H Paul. recc.; *tantundem* in lat. poster. saepius = *sic, eodem modo*; cf. Löfstedt, Syntactica I p. 209; *iterum* sensu advers. = *rursus*; *erit ut* = *continget ut.* 18 *contempnentes* TKXF; in AC ut in lin. 48 p supra l. add. 7, 24 A sine corr. *contemnentes.* 21 *suscepit* A*; *suscipit* A^{1}; *dupplici* AX; *duplici* al.

proponere, duris corde vero et simplicioribus factis suis divina praecepta monstrare. Omnia vero quae discipulis docuerit esse contraria, in suis factis indicet non agenda, ne aliis praedicans ipse reprobus inveniatur ne quando illi dicat Deus peccanti: „Quare tu enarras iustitias meas et adsumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam et proiecisti sermones meos post te;“ et: „Qui in fratris tui oculo festucam videbas, in tuo trabem non vidisti.“

Non ab eo persona in monasterio discernatur. Non unus plus ametur quam alius, nisi quem in bonis actibus aut oboedientia invenerit meliorem; non convertenti ex servitio praeponatur ingenuus, nisi alia rationabilis causa existat: quod si ita iustitia dictante abbati visum fuerit, et de cuiuslibet ordine id faciet; sin alias, propria teneant loca; quia sive servus sive liber, omnes in Christo unum sumus et sub uno Domino aequalem servitutis militiam baiulamus, quia non est apud Deum personarum acceptio; solummodo in hac parte apud ipsum discernimur, si meliores ab aliis in operibus bonis et humiles inveniamur. Ergo aequalis sit ab eo omnibus caritas, una praebeatur in omnibus secundum merita disciplina.

In doctrina sua namque abbas apostolicam debet illam semper formam servare in qua dicit: „Argue, obsecra, increpa“, id est: miscens temporibus tempora, terroribus blandimenta, dirum magistri, pium patris ostendat affectum; id est indisciplinatos et inquietos debet durius arguere, oboedientes autem et mites et patientes, ut in melius proficiant, obsecrare; neglegentes et contemnentes ut increpat et corripiat admonemus.

Neque dissimulet peccata delinquentium, sed ut mox ut coeperint oriri, radicitus ea, ut praevalet, amputet memor periculi Heli sacerdotis de Silo. Et honestiores quidem atque intellegibiles animos prima vel

II 26 cf. 1 Cor 9, 27. 27 Ps 49, 16. 17 (*post te* consonat cum interpr. s. Hier. ex Hebr. in cod. Amiat.). 30 cf. Mt 7, 3. 32 sqq. cf. Caesar. ep. hort. ad virg. 37 cf. Gal 3, 28. 38 Rom 2, 11. 44 2 Tim 4, 2. 46 cf. Basil. reg. 98. 50 cf. Sap 11, 24. 51 cf. 1 Reg 2.

II 23—25 *ut . . . proponere . . . monstrare* ABCXO; item, sed *et* pro *ut* T; *ut . . . proponat . . . monstret* αK 175 H (demonstret) al.; *ut . . . proponere . . . monstrare attendat* O^{c}W (vitandae anacoluthiae causa). 27 *enarras* A*; *enarras* A^{c}. 30 *festucam* ABCKT^{c}S al.; *fistucam* T*O. *travem* ABT*. 36 *faciet* AK 175 TBCF*Fr; *faciat* Krel. et al. 40 *ab* A cum opt. Ψ et Σ; om. al.; *humiles* A cum plur.; *humiliores* TFu. 41 *karitas* A; *caritas* al.; etiam A al. loc. ita scrib. 41 *in* A cum plur.; om. Kα; *merita disciplina* A cum plur.; *meritum disciplinae* OS; 48 *increpat* ABT* *increpet* Cα al.; 49 *admonemus* A cum plur.; *ammonemus* CK. 50 *ut mox ut* B et prob. A*, nam ante *mox* ras. est duarum litt.; *mox ut* al. oo. 52 *intelligibiles* AX al.; *intellegibiles* B cum plur., etiam al. locis plur. codd. antiquiores recte scribunt e ante g; A sibi non constat, modo vocalem e exhibet, modo i, ut solent recc. codd.

secunda admonitione verbis corripiat, inprobos autem et duros ac superbos vel inoboedientes verberum vel corporis castigatio in ipso initio peccati coherceat, sciens scriptum: „Stultus verbis non corrigitur," et iterum: „Percute filium tuum virga, et liberabis animam eius a morte."

Meminere debet semper abbas quod est, meminere quod dicitur, et scire, quia, cui plus conmittitur, plus ab eo exigitur. Sciatque quam difficilem et arduam rem suscipit, regere animas et multorum servire moribus, et alium quidem blandimentis, alium vero increpationibus, alium suasionibus; et secundum uniuscuiusque qualitatem vel intellegentiam ita se omnibus conformet et aptet, ut non solum detrimenta gregis sibi conmissi non patiatur, verum in augmentatione boni gregis gaudeat.

Ante omnia ne dissimulans aut parvipendens salutem animarum sibi conmissarum ne plus gerat sollicitudinem de rebus transitoriis et terrenis atque caducis, sed semper cogitet, quia animas suscepit regendas, de quibus et rationem redditurus est. Et ne causetur de minori forte substantia, meminerit scriptum: „Primum quaerite regnum Dei et iustitiam eius, et haec omnia adicientur vobis," et iterum: „Nihil deest timentibus eum." Sciatque, quia, qui suscipit animas regendas, paret se ad rationem reddendam; et quantum sub cura sua fratrum se habere scierit numerum, agnoscat pro certo, quia in die iudicii ipsarum omnium animarum est redditurus Domino rationem, sine dubio addita et suae animae. Et ita timens semper futuram discussionem pastoris de creditis ovibus, cum de alienis ratiociniis cavet, redditur de suis sollicitus; et cum de monitionibus suis emendationem aliis subministrat, ipse efficitur a vitiis emendatus.

II 55 cf. Prov 18, 2 et 29, 19. 56 *Prov 23, 14. 59 cf. Lc 12, 48; magis consonat citatio apud Ambr. apol. proph. Dav. 10, 51 (p. 333, 18 ed. Schenkl). 67 cf. Aug. civ. 22, 2; serm. 113, 6; Cassian. coll. 9, 24; 16, 9. 70 Mt 6, 33. 72 Ps 33, 10. 57 cf. Hebr 13, 17.

II 54 *castigatio* ABCTX; *-ione* KF al. 55 *coherceat* ABCFK175 al. 60 *suscipit* (quae forma est perf. relicta vocali temporis praes.) ABCT*XK175 al.; *suscepit* ST^{c} rec. 67 *ne plus* AF; *plus* αBC*T*KXS al.; *non plus* BC^{c}T^{c} (rec. m.) Fr. 68 *suscepit* ABCT^{c} al.; *suscipit* T*. 72 *suscipit* A cum plur., *suscepit* T^{c}C*S al.; 73 *paret* A cum opt.; *praeparet* multi recc. 77 *pastoris* A cum plur., *pastor* αH cum paucis. 78 *de monitionibus* ABCOSK175 al.; *de munitionibus* T*; *de admonitionibus* Fr; *de ammonitionibus* T^{c}. 79 *emendatus* A (ut saepius in hoc vocab.) K175; *emendatus* al.

III. De adhibendis ad consilium fratribus.

Quotiens aliqua praecipua agenda sunt in monasterio, convocet abbas omnem congregationem et dicat ipse, unde agitur. Et audiens consilium fratrum tractet apud se, et quod utilius iudicaverit, faciat. Ideo autem omnes ad consilium vocari diximus, quia saepe iuniori Dominus revelat, quod melius est.

Sic autem dent fratres consilium cum omni humilitatis subiectione, et non praesumant procaciter defendere, quod eis visum fuerit, et magis in abbatis pendat arbitrio, ut, quod salubrius esse iudicaverit, ei cuncti oboediant. Sed sicut discipulos convenit oboedire magistro, ita et ipsum provide et iuste condecet cuncta disponere.

In omnibus igitur omnes magistram sequantur regulam, neque ab ea temere declinetur a quoquam. Nullus in monasterio proprii sequatur cordis voluntatem. Neque praesumat quisquam cum abbate suo proterve aut foris monasterium contendere. Quod si praesumpserit, regulari disciplinae subiaceat. Ipse tamen abba cum timore Dei et observatione regulae omnia faciat, sciens se procul dubio de omnibus iudiciis suis aequissimo iudici Deo rationem redditurum.

Si qua vero minora agenda sunt in monasterii utilitatibus, seniorum tantum utatur consilio, sicut scriptum est: „Omnia fac cum consilio, et post factum non paeniteberis."

IV. Quae sunt instrumenta bonorum operum.

In primis Dominum deum diligere ex toto corde, tota anima, tota virtute, deinde proximum tamquam se ipsum.

Deinde non occidere, non adulterari, non facere furtum, non concupiscere, non falsum testimonium dicere, honorare omnes homines, et quod sibi quid fieri non vult, alio ne faciat.

III 20 *Eccli 32, 24.

IV 2 cf. Mc 12, 30. 31. 4 cf. Mt 19, 18; Lc 18, 20; Rom 13, 9. 5 1 Petr 2, 17;

III 5 *vocari* A cum plur.; *vocare* B. *sepe* ABKplur. FFr; *sępe* K175; *saepe* al. 8 *et* ABTK175; *ut* S cum aliis plur. Σ. 8 *et* ABTX al.; *sed* αK al.; 9 *pendat* A BT^{c}K175. 179 XOS; *pendeat* CF al. *pendet* al.; *ut* A cum plur. *et* FT al. 10 *discipulos* ABCF al. *-is* KX al. 14 *proterve* (A *-be*) *aut foris* ABCTK (exc. 334) O; *proterve infra* (in serm. vulg. freq. pro *intra*) *aut* (*ac* V) *foris* VS (*foras* S); *intus aut foris* alii Σ. 15 *monasterium* A cum plur. Ψ et Σ; *-io* K175. 179 S al. 16 *abba* ABCTO; *abbas* alii plur. et ipse A aliis plerisque l. 17 *duvio* A. 21 *peniteveris* A; *peniteberis* BCTS (et cod. Amiat. s. script.; ed. Clem. *poenitebis*); *poenitebis* Σ plur.; *penitebis* αXK334.

IV 1 *sunt* A cum plur.; *sint* FuVP al. 4 *adulterari* ABCT al.; *-are* αKS al.

Abnegare semetipsum sibi, ut sequatur Christum, corpus castigare, delicias non amplecti, ieiunium amare. Pauperes recreare, nudum vestire, infirmum visitare, mortuum sepelire, in tribulatione subvenire, dolentem consolari.

Saeculi actibus se facere alienum, nihil amori Christi praeponere. Iram non perficere, iracundiae tempus non reservare, dolum in corde non tenere, pacem falsam non dare, caritatem non derelinquere. Non iurare, ne forte periuret, veritatem ex corde et ore proferre. Malum pro malo non reddere, iniuriam non facere, sed et factas patienter sufferre, inimicos diligere, maledicentes se non remaledicere, sed magis benedicere, persecutionem pro iustitia sustinere. Non esse superbum, non vinolentum, non multum edacem, non somnulentum, non pigrum, non murmuriosum, non detractorem.

Spem suam Deo committere, bonum aliquid in se cum viderit, Deo adplicet, non sibi; malum vero semper a se factum sciat et sibi reputet. Diem iudicii timere, gehennam expaviscere, vitam aeternam omni concupiscentia spiritali desiderare, mortem cotidie ante oculos suspectam habere.

Actus vitae suae omni hora custodire. In omni loco Deum se respicere pro certo scire. Cogitationes malas cordi suo advenientes mox ad Christum allidere et seniori spiritali patefacere. Os suum a malo vel pravo eloquio custodire, multum loqui non amare, verba vana aut risui apta non loqui, risum multum aut excussum non amare. Lectiones sanctas libenter audire, orationi frequenter incumbere, mala sua praeterita cum lacrimis vel gemitu cotidie in oratione Deo confiteri, de ipsis malis de cetero emendare. Desideria carnis non efficere, voluntatem propriam odire, praeceptis abbatis in omnibus oboedire, etiamsi ipse aliter, quod absit, agat, memores illud dominicum praeceptum: „Quae dicunt facite; quae autem faciunt facere nolite."

IV 6 *Tob 4, 16 ap. Ps Aug. Spec. 47 (p. 470, 3 ed. Weihrich) quod nolueris tibi fieri, alio ne feceris; cf. ed. Butler² p. 138. 7 cf. Mt 16, 24. 7 cf. 1 Cor 9, 27. 9 cf. Mt 25, 36. 11 cf. Vita s. Anton., vers. antiq. 13 (14). 13 cf. Prov 12, 20. 15 cf. 1 Petr 3, 9. 15 cf. Reg. Macar. 21; Cypr. de or. dom. 15 (p. 277, 25 ed. Hart.). 16 cf. Lc 6, 27; 1 Petr 3, 9. 17 cf. Mt 5, 10. 18 Tit 1, 7. 19 cf. Sap 1, 11. 20 cf. Aug. serm. 96, 2; tract. 22, 5 (ed. Morin, 1917, p. 84, 169). 26. 27 cf. Ps 136, 9; 1 Cor. 10, 4; Cassian. inst. 4, 9; Evagr. sent. ad coenob. 32 cf. Gal 5, 16. 34 *Mt 23, 3.

IV 6 *alio* A cum paene oo. 10 *consolari* A cum plur. *-are* O cum paucis. 11 *saeculi* ABCTOS; *a saeculi* KV al. rec. 14 *periuret* A cum plur.; *perierit* (pro *perieret*) OS. 15 *pacienter* A. 18 *somnulentum* A; *-olentum* K 175 cum plur. al. 19 *murmuriosum* ABCT al.; *murmoriosum* OS. 20 *aliquid* A cum plur. Ψ et Σ; *aliquod* OK 175 al. 22 *expaviscere* A*BTS al. *-escere* plur. al. 23 *cottidię* A. 28 *prabo* A; *pravo* al.; *ęloquio* A. 30 *liventer* A. 32 *ęmendare* A (ita saepius, sed al. l. *emendare*, ut ceteri codd.) 32 *efficere* ABTXOS; *perficere* α al. secundum Vulg.

Non velle dici sanctum, antequam sit, sed prius esse, quod verius dicatur; praecepta Dei factis cotidie adimplere.

Castitatem amare, nullum odire; zelum non habere, invidiam non exercere, contentionem non amare, elationem fugere; et seniores venerare, iuniores diligere, in Christi amore pro inimicis orare, cum discordante ante solis occasum in pacem redire. Et de Dei misericordia numquam desperare.

Ecce haec sunt instrumenta artis spiritalis. Quae cum fuerint a nobis die noctuque incessabiliter adimpleta et in die iudicii reconsignata, illa merces nobis a Domino reconpensabitur, quam ipse promisit: „Quod oculus non vidit nec auris audivit, quae praec paravit Deus his qui diligunt illum.“ Officina vero, ubi haec omnia diligenter operemur, claustra sunt monasterii et stabilitas in congregatione.

V. De oboedientia.

Primus humilitatis gradus est oboedientia sine mora. Haec convenit his qui nihil sibi a Christo carius aliquid existimant, propter servitium sanctum, quod professi sunt, seu propter metum gehennae vel gloriam vitae aeternae, mox aliquid imperatum a maiore fuerit, ac si divinitus imperetur, moram pati nesciant in faciendo. De quibus Dominus dicit: „Obauditu auris oboedivit mihi;“ et item dicit doctoribus: „Qui vos audit, me audit.“ Ergo hii tales relinquentes statim quae sua sunt et voluntatem propriam deserentes mox exoccupatis manibus et quod agebant inperfectum relinquentes vicino oboedientiae pede iubentis vocem factis sequuntur, et veluti uno momento praedicta magistri iussio et perfecta discipuli opera, in velocitate timoris Dei ambae res communiter citius explicantur, quibus

IV 40 cf. Mt 5, 44; Eph 4, 26. 46 1 Cor 2, 9.

V 4 cf. Cassian. inst. 4, 10. 24. 7 *Ps 17, 45. 8 Lc 10, 16. 10 cf. Cassian. inst. 4, 12.

IV 38 *zelum non habere, invidiam non exercere* ABCTF^{c}XK Paul. Mag.; *zelum et invidiam non habere* OSV Don. Smar. rec. 39 *fugere* A cum prope oo.; *fugire* (forma in serm. vulg. usitata) S; *venerare* ABCTOS; *venerari* alii Σ rec. 40 *in Christi amore* A cum inseq. vv. coniungit, item TOS et alii; BCK (exc. 334) cum praeced. vv. 41 *discordante* ABCTOS; *-ibus* aliquot rec. 45 *merces* ABST^{c} al.; *mercis* OT*F (in hoc ipso verbo haec permut. freq. est in serm. vulg.).

V 3 *a* ABCOS al.; cf. Prol. 34; om. rec. 5 *mox* A*B*CK175 X; *mox ut* A^{c}B^{c} TFOS al. 7 *item* ABC cum plur.; *iterum* A^{c}TS; *idem* O. 8 *hii* A*BTK175 XOS (haec scriptio longitudinem voc. i indicans saepe occurrit in lat. post. et vulg., cf. L. Comm. p. 202sq.), cf. lin. 18; in cap. 55 TKX habent *hii*, A *hi*; hoc loco exhibent *hi* A^{c}C plur. al. 11 *sequuntur* ACTK (exc. 175) al. plur., *secuntur* BK175; in cap. 7 autem *subsecuntur* ABTFXK175. 179. 442 S, *subsequuntur* C: verisimiliter Benedictus sibi non constitit.

ad vitam aeternam gradiendi amor incumbit. Ideo angustam viam arripiunt — unde Dominus dicit: „Angusta via est quae ducit ad vitam“ — ut non suo arbitrio viventes vel desideriis suis et voluptatibus oboedientes, sed ambulantes alieno iudicio et imperio in coenobiis degentes abbatem sibi praeesse desiderant. Sine dubio hii tales illam Domini imitantur sententiam qua dicit: „Non veni facere voluntatem meam, sed eius qui misit me.“

Sed haec ipsa oboedientia tunc acceptabilis erit Deo et dulcis hominibus, si quod iubetur non trepide, non tarde, non tepide aut cum murmurio vel cum responso nolentis efficiatur, quia oboedientia, quae maioribus praebetur, Deo exhibetur; ipse enim dixit: „Qui vos audit, me audit.“ Et cum bono animo a discipulis praeberi oportet, quia „hilarem datorem diligit Deus;“ nam cum malo animo si oboedit discipulus, et non solum ore, sed etiam in corde si murmuraverit, etiamsi impleat iussionem, tamen acceptum iam non erit Deo, qui cor eius respicit murmurantem, et pro tali facto nullam consequitur gratiam, immo poenam murmurantium incurrit, si non cum satisfactione emendaverit.

VI. De taciturnitate.

Faciamus quod ait Propheta: „Dixi: custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea; posui ori meo custodiam, obmutui et humiliatus sum et silui a bonis.“ Hic ostendit Propheta, si a bonis eloquiis interdum propter taciturnitatem debere tacere, quanto magis a malis verbis propter poenam peccati debet cessari.

Ergo quamvis de bonis et sanctis et aedificationum eloquiis perfectis discipulis propter taciturnitatis gravitatem rara loquendi concedatur licentia, quia scriptum est: „In multiloquio non effugies peccatum;“ et alibi: „Mors et vita in manibus linguae.“ Nam loqui et docere magistrum condecet, tacere et audire discipulum con-

---

V 15 *Mt 7, 14. 16 cf. Cassian. coll. 24, 26. 19 *Joh 6, 38. 22 cf. Aug. cons. evang. 1, 8, 13 et Cassian. coll. 23, 7. 24 Lc 10, 16. 26 2 Cor 9, 7.

VI 2 Ps 38, 2. 3. 10 *Prov 10, 19. 11 *Prov 18, 21.

V 16 *voluptatibus* ABCTFXK al.; *voluntatibus* OS al. 17 *coenobiis* A cum plur.; *cenobiis* A^cT^cS; *cenubiis* T*. 18 *hii* A*TK175 XOS; *hi* al. 23 *murmurio* A cum plur.; *murmorio* T*S. 25 *praeveri* A. 28 *murmuraverit* A cum plur.; *murmoraverit* T. 29 *murmurantem* ABCTFOS al. *-antis* αKX rec.

VI 4 *obmutui* A cum plur.; *ommutui* aliquot K. 5 *debere* ABCK175 et al. X (cf. L. Comm. p. 206sq.); *debet* αTK446. 334 Σ. *tacere* AT*FKXO; *taceri* αS al. 7 *cessari* A cum plur. Ψ et Σ; *cessare* F Vatic.

venit. Et ideo si qua requirenda sunt a priore, cum omni humilitate et subiectione reverentiae requirantur. — Scurrilitates vero vel verba otiosa et risum moventia aeterna clusura in omnibus locis damnamus, et ad talia eloquia discipulum aperire os non permittimus.

VII. De humilitate.

Clamat nobis Scriptura divina, fratres, dicens: „Omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur." Cum haec ergo dicit, ostendit nobis omnem exaltationem genus esse superbiae; quod se cavere Propheta indicat dicens: „Domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei; neque ambulavi in magnis neque in mirabilibus super me. Sed quid? si non humiliter sentiebam, si exaltavi animam meam; sicut ablactatum super matrem suam, ita retribuis in anima mea."

Unde, fratres, si summae humilitatis volumus culmen adtingere et ad exaltationem illam caelestem, ad quam per praesentis vitae humilitatem ascenditur, volumus velociter pervenire, actibus nostris ascendentibus scala illa erigenda est, quae in somnio Iacob apparuit, per quam ei descendentes et ascendentes angeli monstrabantur. Non aliud sine dubio descensus ille et ascensus a nobis intellegitur nisi exaltatione descendere et humilitate ascendere. Scala vero ipsa erecta nostra est vita in saeculo, quae humiliato corde a Domino erigatur ad caelum; latera enim eius scalae dicimus nostrum esse corpus et animam, in qua latera diversos gradus humilitatis vel disciplinae evocatio divina ascendendos inseruit.

VII 2 Lc 14, 11. 5 *Ps 130, 1. 2 (consonat cum cit. S. Hil., cum cod. Corb. et Carnut.). 14 cf. Gen 28, 12.

—

VI 13. 14 *cum omni hum. et subiectione reverentiae requirantur* ABCT Smar.; *cum (con* S) *summa reverentia, ne videatur plus loqui quam expedit* α (ubi post *cum* add. *modo in*) OSV al.; inter K puri sunt 179. 446. 14 *scurrilitates* A, sed alterum r supra lin., etiam FFrS unum exhibent r; CT ut A alterum r habent supra lin.; cf. cap. 43 et 49. *clusura* ACFK175; *clausura* al.

VII 2 *scribtura* T Mag.a (bt pro pt freq. scrib. in codd., si vocabulum primarium, e. gr. scribo, litteram b exhibet). 7 *ambulabi* A, *-vi* α al. oo. 8 *si* ABTF; *sed* COSVW rec.; *ablactatum* ABCTF Smar. Mag.c; add. *est* FrW; *ablactatus* OV Paul. rec.; Ψ concordat cum LXX ἀπογεγαλακτισμένον. 9 *matrem suam* A cum plur. (ἐπὶ τὴν μητέρα); *matre sua* K Mag.c S^{c}T^{c} (sec. textum Vulg.); *retribuis* ABTK 175. 179; *-es* αCO Paul. Smar.; *retributio* SV rec. (ut in Vulg.); *in anima mea* ABSF^{c}; *in animam meam* CTF*OSVW. 14 *somnio* A (i supra lin.) cum plur.; *sompnio* X; *somno* FSKpauci et complur. rec. 18 *erigatur* ABC*OS al.; *-itur* αTFK rec. 20 *qua* A cum plur.; *quae* αK 179. 334. 21 *ascendendo* A; *-os* al. oo.

Primus itaque humilitatis gradus est, si timorem Dei sibi ante oculos semper ponens oblivionem omnino fugiat et semper sit memor omnia quae praecepit Deus, ut qualiter et contemnentes Deum gehenna de peccatis incendat, et vita aeterna quae timentibus Deum praeparata est, animo suo semper evolvat; et custodiens se omni hora a peccatis et vitiis, id est cogitationum, linguae, manuum, pedum vel voluntatis propriae, sed et desideria carnis, aestimet se homo de caelis a Deo semper respici omni hora, et facta sua omni loco ab aspectu Divinitatis videri et ab angelis omni hora renuntiari, demonstrans nobis hoc Propheta, cum in cogitationibus nostris ita Deum semper praesentem ostendit dicens: „Scrutans corda et renes Deus;“ et item: „Dominus novit cogitationes hominum;“ et item dicit: „Intellexisti cogitationes meas a longe“ et: „Quia cogitatio hominis confitebitur tibi.“ Nam ut sollicitus sit circa cogitationes suas perversas, dicat semper utilis frater in corde suo: „Tunc ero immaculatus coram eo, si observavero me ab iniquitate mea.“

Voluntatem vero propriam ita facere prohibemur, cum dicit Scriptura nobis: „Et a voluntatibus tuis avertere;“ et item rogamus Deum in oratione, ut fiat illius voluntas in nobis. Docemur ergo merito nostram non facere voluntatem, cum cavemus illud quod dicit Scriptura: „Sunt viae quae videntur ab hominibus rectae, quarum finis usque ad profundum inferni demergit;“ et cum item pavemus illud quod de neglegentibus dictum est: „Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in voluptatibus suis.“

VII 22 cf. Ps 35, 2; Rom 3, 18. 32 Ps 7, 10. 33 Ps 93, 11. 33 *Ps 138, 3. 34 Ps 75, 11. 36 *Ps 17, 24. 40 *Eccli 18, 30. 41 cf. Mt 6, 10. 43 *Prov 14, 12; 16, 25. 45 *Ps 13, 1.

VII 23 *omnia* A cum plur.; *omnium* αK al. recc. 24 *ut qualiter* etc. ut in textu ABCK175 Smar., item T*, sed *contempnentes . . . incidat*; Mag. b c, sed *quomodo*; cum T* concinit F^{c}, sed F* *incedat*; Σ et recc. codd. cum edd. plur. textus difficultates variis mutationibus tollere studuerunt (ita plur. habent *in gehennam incedunt* vel *incidunt . . . vitam aeternam*); cf. L. Comm., p. 209sqq. 26 *evolbat* AB; *evolvat* CTFK (exc. 334) al.; *revolvat* OSVW Mag.a Smar.; *volvat* α; *revocet* Mag.c. 27 *oculorum* add. post *linguae* FFrΣ; in T supra l. add., sed iterum eras. 28 *sed et* codd. oo.; Traube^{2}, p. 14 perperam emendare voluit in *sedet*. 28 *amputare festinet* post *carnis* add. FFrKplur. OS* W Paul.; rec. m. in marg. BK175; om. Ψ et VS^{c}. 30 *demonstrans* ABTF*FrXOS; *-at* CK175 al. 32. 33 *item* A cum plur.; *iterum* OS al. 36 *utilis* codd. mel. oo. (= *bonus*; cf. L. Comm., p. 215); *humilis* edd. multae ex codd. recc. 40 *avertere* A cum plur.; *averte* OS al. 41 *oratione* scil. dominica. 43 *videntur ab h.* ABCTXVS^{c} al. *videntur h.* K recc. Mag.b Smar.; *putantur ab h.* OSW Mag.ac al. 46 *abominabiles* A, sed v supra b m. prima ut vid.; *voluptatibus* ABCTFFr; l. omnino certa, sed idem significat verbum quod *voluntatibus* ex permutatione in serm. vulg. saepe occurrente; cf. L. Comm., p. 217; itaque OSVK aliique codd. hic mutaverunt in *voluntatibus*; cf. Vulg. h. l. *studiis*.

In desideriis vero carnis ita nobis Deum credamus semper esse praesentem, cum dicit Propheta Domino: „Ante te est omne desiderium meum.“ Cavendum ergo ideo malum desiderium, quia mors secus introitum dilectationis posita est, unde Scriptura praecipit dicens: „Post concupiscentias tuas non eas.“

Ergo si „oculi Domini speculantur bonos et malos,“ et Dominus de caelo semper respicit super filios hominum, „ut videat, si est intellegens aut requirens Deum,“ et si ab angelis nobis deputatis cotidie die noctuque Domino factorum nostrorum opera nuntiantur, cavendum est ergo omni hora, fratres, sicut dicit in psalmo Propheta, ne nos declinantes in malo et inutiles factos aliqua hora aspiciat Deus, et parcendo nobis in hoc tempore, quia pius est et exspectat nos converti in melius, ne dicat nobis in futuro: „Haec fecisti, et tacui.“

Secundus humilitatis gradus est, si propriam quis non amans voluntatem desideria sua non delectetur implere, sed vocem illam Domini factis imitetur dicentis: „Non veni facere voluntatem meam sed eius qui me misit.“ Item dicit scriptura: „Voluptas habet poenam, et necessitas parit coronam.“

Tertius humilitatis gradus est, ut quis pro Dei amore omni oboedientia se subdat maiori imitans Dominum de quo dicit Apostolus: „Factus oboediens usque ad mortem.“

Quartus humilitatis gradus est, si in ipsa oboedientia, duris et contrariis rebus vel etiam quibuslibet inrogatis iniuriis, tacite conscientia patientiam amplectatur et sustinens non lassescat vel discedat dicente Scriptura: „Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit;“ item: „Confortetur cor tuum et sustine Dominum!“ Et ostendens fidelem pro Domino universa etiam contraria sustinere debere dicit ex persona sufferentium: „Propter te morte adficimur tota die, aestimati sumus ut oves occisionis,“ et

VII 48 Ps 37, 10. 50 cf. Acta s. Sebast. 4, 4 Migne P. L. 17, 1027. 51 Eccli 18, 30. 52 Prov 15, 3. 53 *Ps 13, 2. 57 cf. Ps 13, 3. 59 Ps 49, 21. 61 sqq. In gradibus inseqq. Benedictus plerumque vestigia premit Cassiani (cf. inprimis inst. 4, 39), partim etiam Basilii. 63 *Joh 6, 38. 64 cf. Acta S. Agapes, Chioniae et Irenes in actis ss. Chrysog. et Anast. Boll. AA. SS. Apr. I 250; cf. Optat. 7, 1 (p. 160, 5 ed. Ziwsa). 67 Phil 2, 8. 72 Mt 10, 22. 73 Ps 26, 14. 75 *Rom 8, 36; *Ps 43, 22.

VII 50 *dilectationis* AO, *delectationis* α cum al. fere oo. 55 *factorum nostrorum* A BCT*KX; *factori nostro* α OSVWT^{c}FFr rec. 57 *declinentes* A solus; *in malo* A cum plur. Ψ et Σ; *in malum* rec. 64 *voluptas* ABCTF*FrFuK et fontes supra allati; sed hic quoque vis vocabuli est „*voluntas*“, quod hic leg. in OSVX Mag. b c al.; cf. L. Comm. 217 sq. In codd. interpret. vet. lat. s. script. saepe haec permutatio reperitur, velut b Mt 7, 21 *voluptatem patris*; simil. d Joh 4, 34. 70 *tacite conscientia patientiam* AC; item TSKoo., sed *tacita*; *tacite conscientiam* BO (*tacete*) V. 73 *salbus* A. 75 *morte adficimur* A cum plur., consonat textus cum cod. Sangerm. et citatione S. Aug.; *morti aff.* FFr; *mortificamur* (sec. Vulg.) codd. recc. et aliquot edd. 76 *obes* A.

securi de spe retributionis divinae subsecuntur gaudentes et dicentes: „Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos;“ et item alio loco Scriptura: „Probasti nos, Deus, igne nos examinasti, sicut igne examinatur argentum; induxisti nos in laqueo, posuisti tribulationes in dorso nostro.“ Et ut ostendat sub priore debere nos esse, subsequitur dicens: „Inposuisti homines super capita nostra;“ sed et praeceptum Domini in adversis et iniuriis per patientiam adimplentes, qui percussi in maxillam praebent et aliam, auferenti tunicam dimittunt et pallium, angariati miliario vadunt duo, cum Paulo Apostolo falsos fratres sustinent et maledicentes se benedicent.

Quintus humilitatis gradus est, si omnes cogitationes malas cordi suo advenientes vel mala a se absconse conmissa per humilem confessionem abbatem non celaverit suum, hortans nos de hac re Scriptura dicens: „Revela ad Dominum viam tuam et spera in eum;“ et item dicit: „Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius;“ et item Propheta: „Delictum meum cognitum tibi feci et iniustitias meas non operui; dixi: pronuntiabo adversum me iniustitias meas Domino; et tu remisisti impietatem cordis mei.“

Sextus humilitatis gradus est, si omni vilitate vel extremitate contentus sit monachus et ad omnia quae sibi iniunguntur, velut operarium se malum iudicet et indignum dicens sibi cum Propheta: „Ad nihilum redactus sum et nescivi; ut iumentum factus sum apud te, et ego semper tecum.“

Septimus humilitatis gradus est, si omnibus se inferiorem et viliorem non solum sua lingua pronuntiet, sed etiam intimo cordis credat affectu humilians se et dicens cum Propheta: „Ego autem sum vermis et non homo, obprobrium hominum et abiectio plebis.“ „Exaltatus sum et humiliatus et confusus;“ et item „Bonum mihi, quod humiliasti me, ut discam mandata tua.“

VII 78 Rom 8, 37. 79 *Ps 65, 10. 11. 82 Ps 65, 12. 84 cf. Mt 5, 39—41. 86 cf. 2 Cor 11, 26 1 Cor. 4, 12. 91 *Ps 36, 5 (plane consonat cum textu vers. vet. lat., velut apud Ambr. explan. ps. 36, 14 p. 79, 18). 92 Ps 117, 1. 93 sqq. *Ps 31, 5 (concinit cum Psalterio Rom.). 97—99 cf. Cassian. inst. 4, 39, 2. 98 cf. Lc. 17, 10. 99 Ps 72, 22. 23. 104 Ps 21, 7. 106 Ps 87, 16. 106 *Ps 118, 71.

VII 77 *subsecuntur* ABTFK 175. 179 XS al. (forma iusta); *-quuntur* C al.; *-quantur* α al. 81 *laqueo* ABCT*; *laqueum* KOSV al. 82 *debere* A*, sed s. lin. corr. in *devere*. 84 *maxillam* ATX al.; *-a* BCK 175 al. 85 *tunicam* A cum plur., *tonicam* OS; *angariati* ABCTKX al. *-izati* OSVW. 87 *benedicent* ABCT*K 175 OS al., est autem forma vulg. pro *-unt*, quae non raro in codd. vers. antiq. s. script. occurrit; *benedicunt* al., inprimis recc. 90 *abbatem* ABC*XFr ; *abbati* T (sed *suum*) KOSV al., cf. L. Comm., p. 220. 90 *hortat* H. 91 *ad Dominum* A*BC*TO (cum textu vet. vers. s. script.); *Domino* A^{c}FrKS recc.. 107 *quod* A cum prope oo., *quia* T sec. Vulg.

Octavus humilitatis gradus est, si nihil agat monachus nisi quod communis monasterii regula vel maiorum cohortantur exempla.

Nonus humilitatis gradus est, si linguam ad loquendum prohibeat monachus et taciturnitatem habens usque ad interrogationem non loquatur, monstrante Scriptura, quia „in multiloquio non effugitur peccatum," et quia „vir linguosus non dirigitur super terram."

Decimus humilitatis gradus est, si non sit facilis ac promtus in risu, quia scriptum est: „Stultus in risu exaltat vocem suam."

Undecimus humilitatis gradus est, si, cum loquitur monachus, leniter et sine risu, humiliter cum gravitate vel pauca verba et rationabilia loquatur et non sit clamosus in voce, sicut scriptum est: „Sapiens verbis innotescit paucis."

Duodecimus humilitatis gradus est, si non solum corde monachus, sed etiam ipso corpore humilitatem videntibus se semper indicet, id est: in opere Dei, in oratorio, in monasterio, in horto, in via, in agro vel ubicumque sedens, ambulans vel stans inclinato sit semper capite defixis in terram aspectibus; reum se omni hora de peccatis suis aestimans iam se tremendo iudicio repraesentari aestimet dicens sibi in corde semper illud, quod publicanus ille evangelicus fixis in terram oculis dixit: Domine non sum dignus ego peccator levare oculos meos ad caelos; et item cum Propheta: „Incurvatus sum et humiliatus sum usque quaque."

Ergo his omnibus humilitatis gradibus ascensis monachus mox ad caritatem Dei perveniet illam quae perfecta foris mittit timorem, per quam universa quae prius non sine formidinem observabat, absque ullo labore velut naturaliter ex consuetudine incipiet custodire, non iam timore gehennae, sed amore Christi et consuetudine ipsa bona et dilectatione virtutum. Quae Dominus iam in operarium suum mundum a vitiis et peccatis Spiritu sancto dignabitur demonstrare.

VII 112 *Prov 10, 19. 113 *Ps 139, 12. 116 *Eccli 21, 23. 119 Enchiridion vel sent. Sexti Pythag. a Rufino lat. vers. 134 (145). 127 cf. Mt 8, 8 et Lc 18, 13. 129 *Ps 37, 7. 9; 118, 107. 132 *Joh 4, 18. 135 seq. cf. Cassian. coll. 11, 8; inst. 4, 39.

VII 112 *effugitur* A cum plur.; *-ietur* αT multi recc. 113 *dirigitur* A cum plur.; *-etur* recc. sec. Vulg. 115 *promtus* AK175 al.; *promptus* T^{c} plur. al.; *prumtus* O *prumptus* T*. 118 *grabitate* A. *rationavilia* A. 123 *in opere Dei* ABCTK175 FFrX; *in opere* αOSVW Don. recc. 123 *horto* A cum plur.; *orto* CFK175 XS. 125 *aestimans* ABCXS (*estimans*) al.; *existimans* TOF. 128 *lebare* A. 129 *caelos* ABCTK al.; *caelum* SFu al. recc. sec. Vulg. *incurbatus* AK179. 442 (cf. francogall. courber). 132 *foris* ABCEK175. 179 O; *foras* TS al., haec permutatio freq. in serm. vulg. 133 *formidinem* AC*T*; *-ine* α BC^{c}T^{c}KOS al. 136 *dilectatione* ACT*O; *delectatione* α BT^{c}S al. 136 *operarium suum mundum* AK cum plur. Ψ et Σ; ablat. al. recc.

VIII. De officiis divinis in noctibus.

Hiemis tempore, id est a kalendas Novembres usque in Pascha, iuxta considerationem rationis octava hora noctis surgendum est, ut modice amplius de media nocte pausetur et iam digesti surgant. Quod vero restat post vigilias, a fratribus qui psalterii vel lectionum aliquid indigent, meditationi inserviatur.

A Pascha autem usque ad supradictas Novembres sic temperetur hora, ut vigiliarum agenda parvissimo intervallo, quo fratres ad necessaria naturae exeant, mox matutini, qui incipiente luce agendi sunt, subsequantur.

IX. Quanti psalmi dicendi sunt nocturnis horis.

Hiemis tempore suprascripto inprimis versu tertio dicendum: „Domine labia mea aperies, et os meum adnuntiabit laudem tuam," cui subiungendus est tertius psalmus et „Gloria", post hunc psalmum nonagesimum quartum cum antiphona aut certe decantandum; inde sequatur Ambrosianum, deinde sex psalmi cum antiphonas. Quibus dictis, dicto versu benedicat abbas; et sedentibus omnibus in scamnis legantur vicissim a fratribus in codice super analogium tres lectiones,

VIII 8 cf. Cassian. inst. 3, 4.

IX 2 Ps 50, 16.

VIII 1 *in noctibus* AB cum plur., *nocturnis* S. 2 *a kalendas nobembres* A*C* (sed *novembres*); *a kalendis -bres* B; *a -is -bris* C^{c}K(partim) FrS al.; item TFO, sed abbrev. *kal.*; *a -is -bribus* A^{c} (rec. m.) K175 et al.K. 3 *octaba* A (item al. locis) B. 4 *de media* ATKOSE; *demedia* B; *dimidia* edd. aliquot. *digesti* AT^{c} cum plur.; *degesti* OST*. 7 *ad supradictas novembres* ABCTK al., add. *kalendas* α K pauci, OS al. 8 *ut* ABC*T*FK175 post *hora*; αC^{c}T^{c}K(partim) EH recc. post *agenda*; om. O al. *Agenda* est accus. plur. subst. neutr. g., cf. L. Comm., p. 229sq. 9 *custodito* post *exeant* add. αF^{c}Kplur. codd. recc. et edd. multae. *matutini* cogit. suppl. *psalmi;* nunc eam partem officii appellamus laudes.

IX 1 *Quanti* A cum plur.; *quot* K 444. 47 X. 2sqq. EiFr Paul. et alii textus interpolati sic habent: *praemisso in primis versu: Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuvandum me festina, in secundo ter dicendum est: Domine* etc. Similem textum ad rec. consuetudinem liturgicam accommodatum alii codd. exhibent, sed non OSV. 2 *versu tertio* (=ter) *dicendum* ABCTX; item K175, sed *versum* et *est* post *dicendum*; *versum* etiam OSV; forma *versu* nom. et acc. saepe in A occurrit in capp. liturg., extra haec in cap. 43, sed in capp. 35, 43, 53, 58 semper *versum*; quid scripserit s. Benedictus, difficile est diiudicatu; fortasse ipse sibi non constitit; propter testimoniorum auctoritatem nunc melius esse arbitror sequi A. De impersonali usu gerundivi neutr. *dicendum* cf. L. Comm., p. 233; *versu* ergo est accus. (= *versum*). 3 *adnuntiavit* ABK175al. 5. *psalmum -um -um* ABCTXOS; de usu accus. pro nom. in serm. vulg. frequenti cf. L. Comm. 232; *psalmus* etc. αK al. 5 *decantandum* ABC*T*FXOS; *-us* αT^{c}F^{c} al. *decantando* Kpartim, Fu Vat. 6 *antiphonas* ABCT*; *-is* αT^{c} al. *antefanis* O *antephonis* S. 7 *versu* ABS al. *verso* TOS^{c}. 8 *in codices* A (per dittographiam); *in -e* oo. al. *analogeum* A*, corr. per ras. in *-ium*.

inter quas et tria responsoria cantentur. Duo responsoria sine „Gloria" dicantur, post tertiam vero lectionem qui cantat dicat „Gloriam"; quam dum incipit cantor dicere, mox omnes de sedilia sua surgant ob honorem et reverentiam sanctae Trinitatis.

Codices autem legantur in vigiliis divinae auctoritatis tam veteris testamenti quam novi, sed et expositiones earum, quae a nominatis et orthodoxis catholicis patribus factae sunt.

Post has vero tres lectiones cum responsoria sua sequantur reliqui sex psalmi cum Alleluia canendi; post hos lectio Apostoli sequatur ex corde recitanda et versus et supplicatio litaniae, id est „Kyrie eleison", et sic finiantur vigiliae nocturnae.

X. Qualiter aestatis tempore agatur nocturna laus.

A Pascha autem usque ad kalendas Novembres omnis, ut supra dictum est, psalmodiae quantitas teneatur, excepto quod lectiones in codice propter brevitatem noctium minime legantur, sed pro ipsis tribus lectionibus una de veteri testamento memoriter dicatur, quam brevis responsorius subsequatur; et reliqua omnia, ut dictum est, impleantur: id est, ut numquam minus a duodecim psalmorum quantitate ad vigilias nocturnas dicantur exceptis tertio et nonagesimo quarto psalmo.

XI. Qualiter diebus dominicis vigiliae agantur.

Dominico die temperius surgatur ad vigilias. In quibus vigiliis teneatur mensura, id est modulatis, ut supra disposuimus, sex psalmis et versu, residentibus cunctis disposite et per ordinem in subselliis

IX 9 *trea* OS, f. serm. vulg., sed opt. codd. hic *tria*. 11 *de sedilia sua* ABC*TO SF*; *de -ibus suis* α F^{c}(*sedibus*) K recc. 14 *nobi* A. *a nominatis* (*-issimis* F^{c}K aliquot et al.) *et orthodoxis catholicis patribus* ABCTK175 XF; *doctorum* add. omisso *et* OV; cum *et* Fr. 16 *responsoria sua* ABC*TF*O*S; *-iis suis* αKF^{c} recc. 18 *versus* hic etiam A; *subplicatio* A*X; *supplicatio* A^{c} (pr. m.?) al.; *litaniae* A cum paucis; *letaniae* αBCKXOS; *laetaniae* CTFFrV; *quirie* AC; *eleison* A cum plur.; *eleyson* C al. *kyrie eleison* OS al.; complures codd. iunctim *kyrieleison* vel *kyrieleyson* vel *kirielei(y)son*; α* *cyrieleison*, ut in cap. 17; α^{c} *kyrieleison*.

X 2 *nobembres* A; *novembres* B^{c}CK al.; *-bris* B*TOS al. plur. 4 *brebitatem* AK175. 442. 5 *veteri* AB^{c} cum plur.; *vetere* B*; *memoriter* A cum plur.; *memoriae* αO; *memorie* S (quod non est adv., sed = *iae*); *memoria* O^{c}. 6 *brevis* (A *brebis*) *responsorius* ABCF*O*SV; *breve -ium* αKO^{c} recc.; T ex negleg. librarii *previs responsoris*, corr. *-ium*. 7 *a* A cum plur. 8 *dicantur* ABCTOS al., cf. L. Comm., p. 239; *dicatur* O^{c} recc.

XI 2 *dominico die* A cum plur. *-is diebus* vel *diebus -is* OSVK; *temperius* ABT^{c} (pr. m.?) FFrK175^{c} al.; *temporius* T*OSVK aliquot. 3 *modulatis* AT^{c}KO al. *modolatis* CK175 S. 4 *versu* AK cum plur.; *verso* OS; *residentibus* A cum plur.; *resedentibus* T*OS (de hac recompositione cf. L. Comm., p. 102). *dispositę* A cum K aliquot (sermo vulg. saepe in adverbiis ę pro e scribit).

legantur in codice, ut supra diximus, quattuor lectiones cum responsoriis suis, ubi tantum in quarto responsorio dicatur a cantante „Gloria"; quam dum incipit, mox omnes cum reverentia surgant. Post quibus lectionibus sequantur ex ordine alii sex psalmi cum antiphonas sicut anteriores et versu. Post quibus iterum legantur aliae quattuor lectiones cum responsoriis suis ordine quo supra. Post quibus dicantur tria cantica de Prophetarum quas instituerit abbas; quae cantica cum Alleluia psallantur. Dicto etiam versu et benedicente abbate legantur aliae quattuor lectiones de novo testamento ordine quo supra.

Post quartum autem responsorium incipiat abbas hymnum „Te Deum laudamus"; quo perdicto legat abbas lectionem de evangelia cum honore et timore stantibus omnibus; qua perlecta respondeant omnes Amen, et subsequatur mox abbas hymnum „Te decet laus", et data benedictione incipiant matutinos.

Qui ordo vigiliarum omni tempore tam aestatis quam hiemis aequaliter in die dominico teneatur, nisi forte, quod absit, tardius surgant, aliquid de lectionibus breviandum est aut responsoriis. Quod tamen omnino caveatur, ne proveniat; quod si contigerit, digne inde satisfaciat Deo in oratorio, per cuius evenerit neglectum.

XII. Quomodo matutinorum sollemnitas agatur.

In matutinis dominico die inprimis dicatur sexagesimus sextus psalmus sine antiphona in directum; post quem dicatur quinquagesimus cum Alleluia; post quem dicatur centesimus septimus decimus et sexagesimus secundus, inde benedictiones et laudes, lectionem de Apo-

XI 17 textus graecus huius hymni in libro „Constitutiones apostolicae" 7, 48.

XI 7 *quibus lectionibus* ABCTFK446OSV; item in l. 9 et 10 A cum antiq. Ψ et Σ *quibus*. 8 *antiphonas* ABCT*OS. 9 *versu* ABCT*X K(aliquot) O; *versum* SV; *versus* O^{c}T^{c}K al. 11 *de prophetarum* ABCT*FO*K175, 446 Fr; om. *de* αF^{c}T^{c}K cet. *de prophetis* V recc.; cf. L. Comm., p. 241. *quas* ABCT*OSK175 al.; *quae* αX recc. 12 *versu* A cum plur.; *verso* OS; *benedicente* = postquam benedixit, cf. L. Comm.129 13 *nobo* A. 14 *hymnum* A cum plur.; *ymnum* CTOSXK175 al. hic et infer. loc., quae scriptio etiam in codd. s. script. frequentiss. est. 15 *evangelia* ABCT*F*S; *-io* T^{c} (rec. m.) F^{c}O; 16 *timore* ABCT*K al.; *tremore* OST^{c} al. 20 *nisi* ABC cum plur.; *ni si* Wölfflin sec. T, ubi *ni* rubro, *si* atro colore scriptum est; at idem in T etiam in aliis v. interdum contingit; praeterea *ni* in lat. poster. et vulg. prorsus emortuum est; *et* add. edd. aliquot post *surgant*, sed in nullo nostro cod. reperitur. 21 *brebiandum* A. 22 *cabeatur nę* A. 23 *neglegtum* A.

XII 1 *Quomodo* A cum plur.; *qualiter* FrS al. 3 *antefana* O (ut supra in cap. 9); *indirectum* A cum aliquot K; *in directum* al. plur. 4 *centisimus* A; item in cap. 13, in cap. 18 A* *-esimus* (pr. m. ?) mut. in *-isimus*, in cap. 17 *quinquagisimus* sine corr.; aliis l. oo. A habet formas in *-esimus*; f. in *-isimus* saepius etiam in al. codd. ex. gr. FS inveniuntur. 4 *dicimus* A solus. 5 *benedictiones* = canticum „Benedicite", *laudes* = ps. 148—150; *lectionem* AT*F*FuDrXK175, 179, 442*; *lectione* V *lectiones* BS; *lectio* αCK cet. T^{c}F^{c}FrO; *apocalypse* AC; *apocali(y)psi* αBTK plur. O^{c}; *-in* O*S; *-is* K 440, 446 (ubi subintellegitur *libro*).

calypse una ex corde et responsorium, Ambrosianum, versu, canticum de evangelia, litania, et completum est.

XIII. Privatis diebus qualiter agantur matutini.

Diebus autem privatis matutinorum sollemnitas ita agatur: id est, ut sexagesimus sextus psalmus dicatur sine antiphona, subtrahendo modice sicut dominica, ut omnes occurrant ad quinquagesimum, qui cum antiphona dicatur. Post quem alii duo psalmi dicantur secundum consuetudinem, id est secunda feria quintus et trigesimus quintus, tertia feria quadragesimus secundus et quinquagesimus sextus, quarta feria sexagesimum tertium et sexagesimum quartum, quinta feria octogesimum septimum et octogesimum nonum, sexta feria septuagesimum quintum et nonagesimum primum, sabbatorum autem centesimum quadragesimum secundum et canticum Deuteronomium, qui dividatur in duas „Glorias“. Nam ceteris diebus canticum unumquemque die suo ex Prophetis, sicut psallit Ecclesia Romana, dicantur. Post haec sequantur laudes, deinde lectio una Apostoli memoriter recitanda, responsorium, Ambrosianum, versu, canticum de evangelia, litania, et completum est.

Plane agenda matutina vel vespertina non transeat aliquando, nisi in ultimo per ordinem oratio dominica omnibus audientibus dicatur a priore propter scandalorum spinas, quae oriri solent, ut conventi per

XIII 17 Concil. Gerundens. (in Hisp.) a. 517, can. 10: nobis placuit, ut omnibus diebus post matutinas et vespertinas oratio dominica a sacerdote proferatur.

XII 6 *una* AFuT (quamquam in his scriptum erat *lectionem*) cum plur.; *unam* F*K175, 179, 442*X. *versu* ABCT*X, *versum* OSVK175, 179, 442, *versus* αK (partim) T^c (sed s additum ab alia m. denuo eras.), 7 *evangelia* ABTS; *-iis* K175; *-io* CKcet. O al., *litania* AS al., *letania* αBTK plur. X; *letaniam* K 175, 79, *laetania* CVF; *laetaniae* O.

XIII 2 *pribatis* A (sed in titulo *privatis*). 8—11 inde a feria quarta in ABCXF forma accusativi ponitur; in T psalmi non litteris, sed signis indicantur, ita tamen ut littera *m* super l. addita iam a secunda feria accus. in omnibus numeris significetur; alii codd. nominativum exhibent. 10 *sabbatorum* (subintellege: *die*) ABCT*F*K175; *sabbato* αOS al. 11 *Deuteronomium* A (cum *th*) BCTF*XK plur.; *Deuteronomii* αK446, 334 OS al. *de -io* K440; cf.L. Comm. 246sq.; *qui* ABK 175 X et prob. F* sub. ras. (forma *canticus* saepius occurrit in serm. vulg., praesertim in vers. vet. lat. s. script.). 12 *unumquemque* ABCT*K175 XOS al. 13 *dicantur* AT*K175 XOS al. *dicatur* BT^c al.; de hac constructione ad sensum cf. L. Comm., p. 248. 15 *versu* ABCT*X al.; *versum* K175 OS al., *versus* T^c (rec. m.) recc.; *verso* S. *cantico* T* (s. lin. *-um*); *litania* A; *letania* vel *laetania* BCTK al.; *laetaniae* O (ut supra); *de evangelia* ABT*F*XS; *de -io* CKF^cT^c (rec. m.). 17 *agenda* (subst. fem.) = hora canonica. 18 *per ordinem* ABCT*F*KX; *ordine* αT^cF^c al.; *et ordine* S. 19 *conventi* (= moniti, ut saepiss. ap. scr. eccl. et iuriscons.) A cum plur.; *converti* BSV; *conversi* T; *moniti* supra ras. F; *convenienti* Fr.

ipsius orationis sponsionem, qua dicunt: „Dimitte nobis, sicut et nos dimittimus“ purgent se ab huiusmodi vitio. Ceteris vero agendis ultima pars eius orationis dicatur, ut ab omnibus respondeatur: „Sed libera nos a malo.“

XIV. In nataliciis sanctorum qualiter agantur vigiliae.

In sanctorum vero festivitatibus vel omnibus sollemnitatibus, sicut diximus dominico die agendum, ita agatur, excepto quod psalmi aut antiphonae vel lectiones ad ipsum diem pertinentes dicantur, modus autem suprascriptus teneatur.

XV. Alleluia quibus temporibus dicatur.

A sanctum Pascha usque Pentecosten sine intermissione dicatur Alleluia tam in psalmis quam in responsoriis; a Pentecosten autem usque caput Quadragesimae omnibus noctibus cum sex posterioribus psalmis tantum ad nocturnos dicatur. Omni vero dominica extra Quadragesima cantica, matutinos, prima, tertia, sexta, nonaque cum Alleluia dicatur, vespera vero iam antiphona. Responsoria vero numquam dicantur cum Alleluia nisi a Pascha usque Pentecosten.

XVI. Qualiter divina opera per diem agantur.

Ut ait Propheta: „Septies in die laudem dixi tibi.“ Qui septenarius sacratus numerus a nobis sic implebitur, si matutino, primae, tertiae, sextae, nonae, vesperae completoriique tempore nostrae servi-

XIII 20. 22 cf. Mt 6, 12. 13.
XVI 2. 5 Ps 118, 64.

XIV 1 *nataliciis* A al.; *-itiis* plur.; *natale* K175.

XV 2 *sanctum* ABT*F*X; *sancto* αF^{c} al.; *usque* A cum plur.; *usque ad* SV al. 3 *a Pentecosten* ABCT*F al.; *a Pentecoste* K(aliquot) recc.; *usque caput* A cum plur.; *usque in c.* OSV al.; *initium* H. 6 *quadragesima* ABCT*F*FrFuKaliquot; *-am* α al. recc.; abl. post praep. *extra* saepius inven. in serm. vulg.; *quadragensima* utroque l. OS; vid. de hac scriptione L. Comm., p. 250; *cantica* scil. tert. Noct.; *matutinos* ABCT*X; *-ini* T^{c} (rec. m.), Kplur. et al.; *-inis* K175*, 352; *-inas* S; *-ina* quod dubitans scr. Wölfflin, habet cod. Compendiensis; *a -inis* O. 7 *dicatur* BCTK175 al.; *dicantur* K(partim) OS al.; *iam* ACTFK175 al.; *iam cum* αBK (partim) al. et edd. multae (partim sine *iam*).

XVI 3 *sacratus* ap. scr. eccl. saepe occurrit pro *sacer*, maxime forma superlativi, quo caret *sacer; matutino* ABCTFXS al.; *-ini* K175 O^{c} (in ras.) al. 4 *completoriique* A cum plur.; *completuriique* T*; s. Benedictus modo utitur forma plurali (cf. francog. les complies; hisp. las completas), modo singulari, cuius nominativus videtur esse *-orius*, quae f. apud alios scr. saepius invenitur; f. *-orium* gen. neutr. nullo testimonio probatur, ut ex Thes. l. l. apparet.

tutis officia persolvamus, quia de his diurnis horis dixit: „Septies in die laudem dixi tibi;“ nam de nocturnis vigiliis idem ipse Propheta ait: „Media nocte surgebam ad confitendum tibi.“ Ergo his temporibus referamus laudes creatori nostro „super iudicia iustitiae suae“, id est matutinis, prima, tertia, sexta, nona, vespera, completorio; et nocte surgamus ad confitendum ei.

XVII. Quot psalmi per easdem horas dicendi sunt.

Iam de nocturnis vel matutinis digessimus ordinem psalmodiae; nunc de sequentibus horis videamus. Prima hora dicantur psalmi tres singillatim et non sub una „Gloria“, hymnum eiusdem horae post versum: „Deus, in adiutorium,“ antequam psalmi incipiantur. Post expletionem vero trium psalmorum recitetur lectio una, versu et „Kyrie eleison“ et missas.

Tertia vero, sexta et nona idem eo ordine celebretur oratio: id est versu, hymnos earundem horarum, ternos psalmos, lectionem et versu, „Kyrie eleison“ et missas sunt. Si maior congregatio fuerit, cum antiphonas, si vero minor, in directum psallantur.

Vespertina autem sinaxis quattuor psalmis cum antiphonis terminetur, post quibus psalmis lectio recitanda est, inde responsorium, Ambrosianum, versu, canticum de evangelia, litania et oratione dominica fiant missae.

XVI 7 ibd. 62. 8. 10 cf. ibd. 62. 164.

XVII 12 eandem vim v. synaxis saepe habet ap. Cassianum, velut coll. 8, 16.

XVI 5 *persolbamus* A. *diurnis* ABCTK; om. OS al. 6 *idem ipse* A cum plur. (pleonasmus freq. ap. scr. poster.); *idem* Kpart. al. 9 *completorios* ABC*X, fuit ergo sine dubio in rchetypo, sed defendi hic posse hanc formam nihilo minus vix adduci possum aut credam; *completorio* K et al. plur.; *completurio* T*.

XVII 1 *Quot* AOV al. *quod* BT*K175; *quanti* T^c (rec. m.) al. *dicendi* AK334; *canendi* BTKXFFuS; *cantandi* OV; *psallendi* codd. hisp. 4 *hymnum* ABK175 al.; *ymnum* CS; *hymnus* α al.; *versum* hic etiam A. 6 *versu* ABCF*K446*, 449 X; *versus* T^cK175 al. *versum* S; *verso* OT*. 7 *quirie eleison* AC*; *quiriaeleison* B (item l. 10); *kyrie eleison* TC^c al.; aliter alii; *missas* ABCTX al.; *misse* B; *missae* al.; *missa* K175 (=missio; cf. L. Comm., p. 253sq.). 8 *idem* ABC TX; *item* al.; permut. d et t saepiss. occurrit in codd., probabiliter s. Benedictus scripsit *idem*, sed vi adverbii *item*. 9 *versu* ABCTXFFu; *versus* αK al.; *hymnos* ABT*; *ymnos* CX; *hymni* vel *hymnus* al.; *orarum* A (al. l. etiam A *hora*); *horarum* al. 9 *ternos psalmos* ABCTXO*S al.; *terni psalmi* recc. *lectione* (= *-m*; cf. L. Comm. p. 123) ABCTXO*S; *lectiones* αK plur.; *versu* A cum opt. 10 *missas sunt* ACK446*; *missae sunt* αFr; *misse sunt* BK175, 179, 334; *missae sint* al. K. *missas* (om. *sunt*) X. *cum antiphonas* ABCT al. *antephonas* S; *antefanas* O*. 12 *sinaxis* ABKS al.; *synaxis* TFFuO al. *antiphonis* ABCT; *-as* O; 13 *post quibus psalmis* A cum antiq. Ψ et Σ; accus. recc. 14 *versu* ABCT*FXO*; *versum* al.; *versus* T^c al. *de evangelia* ABF*X; *de -io* C al.; *litania* A; *letania* αBCK al.; *laetania* TF; *oratio dominica fiant missae* A solus; in α ex oblivione nulla emendatio; *oratione* BCT*FX; item OS, sed add. *et* ante *fiant*; *oratio d. et* K plur. et recc.

Completorios autem trium psalmorum dictione terminentur; qui psalmi directanei sine antiphona dicendi sunt; post quos hymnum eiusdem horae, lectionem unam, versu, „Kyrie eleison", et benedictione missae fiant.

XVIII. Quo ordine ipsi psalmi dicendi sunt.

In primis dicatur versu: „Deus, in adiutorium meum intende; Domine, ad adiuvandum me festina," „Gloria", inde hymnum uniuscuiusque horae.

Deinde prima hora dominica dicenda quattuor capitula psalmi centesimi octavi decimi; reliquis vero horis, id est tertia, sexta vel nona terna capitula suprascripti psalmi centesimi octavi decimi dicantur. Ad primam autem secundae feriae dicantur tres psalmi, id est primus, secundus et sextus; et ita per singulos dies ad primam usque dominica dicantur per ordinem terni psalmi usque nonum decimum psalmum, ita sane, ut nonus psalmus et septimus decimus partiantur in binos. Et sic fit, ut ad vigilias dominica semper a vicesimo incipiatur.

Ad tertiam vero, sextam nonamque secundae feriae novem capitula quae residua sunt de centesimo octavo decimo, ipsa terna per easdem horas dicantur. Expenso ergo psalmo centesimo octavo decimo duobus diebus, id est dominico et secunda feria, tertia feria iam ad tertiam, sextam vel nonam psallantur terni psalmi, a centesimo nono decimo usque centesimo vicesimo septimo, id est psalmi novem; quique psalmi semper usque dominica per easdem horas itidem repetantur, hymnorum nihilominus, lectionum vel versuum dispositionem uniformem cunctis diebus servatam, et ita scilicet semper dominica a centesimo octavo decimo incipietur.

XVIII 2 Ps 69, 2.

XVII 15 *completorios* ABCX; *conpleturius* OST; *completorius* FK446; *con(m)pletorium* αK (plur.) al. recc.; *terminentur* ABCT*X; *-etur* OST^{c} al. 17 *lectionem unam* ABCT XFFu; *lectio una* al. *versu* ABCT; *quirie eleison* AC; *quiriaeleison* B; *kyrie eleison* al.; *et benedictione missae fiant* ABCTFXS al.; *-io et m. f.* al.

XVIII 1 *ipsi* (= artic. defin. οἱ) om. K 334, 446; in T supra lin. 2 *in primis* AKT^{c} (in marg.) al.; om. B*CT*XFu; add. *semper diurnis horis* OSV al.; *versu* ABT*XFu; *versum* OS; *versus* T^{c} al. 3 *adiubandum* A; *aiuvandum* X (quae elisio freq. est in serm. vulg.). *hymnum* ABT*; *ymnum* CS; *hymnus* α al. 6. 7 *octabi* A. 9 *usque dominica* ABC; *usque dominicam* FK175 X al.; *usque ad dominicam* TOSVK 334. 11 *partiantur* ABCT al.; *dividantur* OS al.; *vinos* A; *binos* BCT*F al.; *binas glorias* T^{c}F^{c} (rec. m.) recc. 13 *nobem* A (sed l. 18 *novem*). 14. 15. 21 *octabo*; 29 *octabum*; 17 *usque centesimo vicesimo septimo* AFX; accus. BC al.; αT^{c} et al. add. *ad*; T hic et infra numeros non litteris, sed signis indicat. 18 *quique* cf. L. Comm. p. 257. 18 *usque dominica* AT* al. opt.; *usque dominicam* CK175 al.; *ad* add. T^{c} al. 19 *nihilominus* = pariter cf. L. Comm. p. 257sq. 20 *dispositionem uniformem ... servatam* AB*K175 XOS; hic accus. abs., cum a librariis poster. cognitus non esset, in plur. codd. mut. est in abl. Cf. L. Comm. p. 258; *dispositione* (= *-m*) *-m -am* etiam C; in T imperfecta correctione archetypi *-e uniformem -ata.*

Vespera autem cotidie quattuor psalmorum modulatione canatur. Qui psalmi incipiantur a centesimo nono usque centesimo quadragesimo septimo, exceptis his qui in diversis horis ex eis sequestrantur (id est a centesimo septimo decimo usque centesimo vicesimo septimo et centesimo tricesimo tertio et centesimo quadragesimo secundo), reliqui omnes in vespera dicendi sunt. Et quia minus veniunt tres psalmi, ideo dividendi sunt qui ex numero suprascripto fortiores inveniuntur, id est centesimum tricesimum octavum et centesimum quadragesimum tertium et centesimum quadragesimum quartum; centesimus vero sextus decimus, quia parvus est, cum centesimo quinto decimo coniungatur. — Digesto ergo ordine psalmorum vespertinorum reliqua, id est lectionem, responsum, hymnum, versum vel canticum, sicut supra taxavimus, impleatur.

Ad completorios vero cotidie idem psalmi repetantur, id est quartum, nonagesimum et centesimum tricesimum tertium.

Disposito ordine psalmodiae diurnae reliqui omnes psalmi qui supersunt aequaliter dividantur in septem noctium vigilias, partiendo scilicet, qui inter eos prolixiores sunt psalmi, et duodecim per unamquamque constituens noctem, hoc praecipue commonentes, ut si cui forte haec distributio psalmorum displicuerit, ordinet, si melius aliter iudicaverit, dum omnimodis id adtendat, ut omni ebdomada psalterium ex integro numero centum quinquaginta psalmorum psallatur, et dominico die semper a caput reprendatur ad vigilias, quia nimis inertem devotionis suae servitium ostendunt monachi, qui minus a psalterio cum canticis consuetudinariis per septimanae circulum psallunt, dum quando legamus sanctos patres nostros uno die hoc strenue implesse, quod nos tepidi utinam septimana integra persolvamus.

XVIII 47 cf. Verba Sen., vitae PP., 3 6 *totumque psalterium compleverunt.*

XVIII 25. 26 post *usque* abl. habent AXFFr; accus. αBC al. ' 28 *ex numero* A cum plur.; *in numero* al. 29. 30 in numeris accus. pro nomin. exhibent A BCF. 33 *lectione* (= *-m*), *responsum, hymnum versum, canticum* ABCT; *lectiones* T^{e}αK al. plur., *lectionem* PO*; *responsorium* X; *-oria* αK175 al. *ymnum* XS; *hymnus* vel *-i* al.; in primis recc.; 34 *cantica* K175 al. *taxabimus* AB; *impleatur* AB*T*XS al.; *-antur* CK175 al. 35 *completorios* ABCTK175 al. X (*conpl.*); *-ium* al. 35. 36 *quartum* et in seqq. vv. accus. ABCT*X; nomin. K al. inprimis recc. 38 *in septem noctium vigilias* ABCT* al.; *septem n. vigiliis* α al. 40 *constituens* ABCT; *-antur* αK175 al. 42 *adtendat* ABCTFXK175; *-ur* αKcet. OS al. 44 *a caput* ACTO*; *ad capud* (supra l. *t*) B *ad caput* O^{c}; *a capite* αS al.; *reprendatur* ABCT; *reprehendatur* X; *repeta(n)tur* al.; *inertem* A cum plur. antiq. Ψ et Σ; *inhertem* CXK446; *iners* K 179 al. 45 *a* ABTXK175 al.; om. αC al. 49 *persolbamus* A.

XIX. De disciplina psallendi.

Ubique credimus divinam esse praesentiam, et ,,oculos Domini in omni loco speculari bonos et malos"; maxime tamen hoc sine aliqua dubitatione credamus, cum ad opus divinum adsistimus. Ideo semper memores simus, quod ait Propheta: „Servite Domino in timore," et iterum: „Psallite sapienter," et: „In conspectu angelorum psallam tibi." Ergo consideremus, qualiter oporteat in conspectu Divinitatis et angelorum eius esse, et sic stemus ad psallendum, ut mens nostra concordet voci nostrae.

XX. De reverentia orationis.

Si, cum hominibus potentibus volumus aliqua suggerere, non praesumimus nisi cum humilitate et reverentia, quanto magis Domino Deo universorum cum omni humilitate et puritatis devotione supplicandum est. Et non in multiloquio, sed in puritate cordis et conpunctione lacrimarum nos exaudiri sciamus. Et ideo brevis debet esse et pura oratio, nisi forte ex affectu inspirationis divinae gratiae protendatur; in conventu tamen omnino brevietur oratio, et facto signo a priore omnes pariter surgant.

XXI. De decanis monasterii.

Si maior fuerit congregatio, elegantur de ipsis fratres boni testimonii et sanctae conversationis et constituantur decani, qui sollicitudinem gerant super decanias suas in omnibus secundum mandata Dei et praecepta abbatis sui. Qui decani tales elegantur, in quibus securus abbas partiat onera sua, et non elegantur per ordinem, sed secundum vitae meritum et sapientiae doctrinam. Quique decani, si ex eis aliqua forte quis inflatus superbia repertus fuerit reprehensi-

XIX 2 sqq. cf. Cypr. de or. dom. 4 (p. 269, 19. 24 ed. Hartel); Aug. ep. 211, 7; 48, 3; cf. Prov 15, 3. 5 Ps 2, 11. 6 Ps 46, 8; 137, 1.

XX 2 cf. Basil. reg. 108; Cassian. coll. 23, 6. 5—9 cf. Aug. ep. 130, 20. 5 cf. Mt 6, 7. cf. Cassian. coll. 9, 8. 15. 28. 7 *pura oratio* saepe ap. Cassian. (coll. 2, 22; 4, 2; 9, 3. 15. 26; 10, 5).

XXI 3 cf. Hier. ep. 22, 35; Aug. de mor. eccl. cath. 1, 67; Cassian. inst. 4, 10 sqq.

XIX 1 *psalendi* A, al. l. A semper *psallere*. 3 *in omni loco* ABCT al.; om. OSVDon. al. 9 *nostre* A.

XX 2 *aliqua* de usu plur. pro sing. cf. L. Comm. p. 262. 6 *brebis* AK175* 442, *brebietur* AK442.

XXI 2 *elegantur* A (5 et 6 corr. ex *eligantur*) T*FOS; *eligantur* C al. 6 *partiat* A cum plur. Ψ et OS; *-atur* X al. *eligantur* T*F al. 7 *quique* cf. 18, 18. 8 *repraehensivilis* A

bilis, correptus semel et iterum atque tertio, si emendare noluerit, deiciatur, et alter in loco eius qui dignus est subrogetur. Et de praeposito eadem constituimus.

XXII. Quomodo dormiant monachi.

Singuli per singula lecta dormiant. Lectisternia pro modo conversationis secundum dispensationem abbatis sui accipiant. Si potest fieri, omnes in uno loco dormiant; sin autem multitudo non sinit, deni aut viceni cum senioribus, qui super eos solliciti sint, pausent. Candela iugiter in eadem cella ardeat usque mane. Vestiti dormiant et cincti cingulis aut funibus, ut cultellos suos ad latus suum non habeant, dum dormiunt, ne forte per somnum vulnerent dormientem, et ut parati sint monachi semper et facto signo absque mora surgentes festinent invicem se praevenire ad opus Dei, cum omni tamen gravitate et modestia. Adulescentiores fratres iuxta se non habeant lectos, sed permixti cum senioribus. Surgentes vero ad opus Dei invicem se moderate cohortentur propter somnulentorum excusationes.

XXIII. De excommunicatione culparum.

Si quis frater contumax aut inoboediens aut superbus aut murmurans vel in aliquo contrarius existens sanctae regulae et praeceptis seniorum suorum contemtor repertus fuerit, hic secundum Domini nostri praeceptum ammoneatur semel et secundo secrete a senioribus suis. Si non emendaverit, obiurgetur publice coram omnibus. Si vero neque sic correxerit, si intellegit qualis poena sit, excommunicationi subiaceat; sin autem improbus est, vindictae corporali subdatur.

XXIII 5 cf. Mt 18, 15.

XXI 9 *correptus* ABCTK al.; *correctus* OS. 10 *subrogetur* ABCTFK; *succedat* OS al.; *proposito* T (cf. cap. 65).

XXII 2 *singula lecta* A cum plur. Ψ et Σ; *-os* αXK334. 3 *dispensationem* ABCTOSK; *dispositionem* α recc.; *abbe* (= *-ae*) A solus (ut nom. *abba* cap. 3 et 64); *abbatis* al. et ipse A al. locis oo. 4 *sin* ABCTFK; *si* αOSV al.; *sinit* ABCTK; *sinet* OS. 7 *ut* AX cum plur.; *et* KT^{c}. 8 *vulnerent dormientem* ABC*TFK; *-et d.* OS; *-entur dormientes* α recc. 11 *adulescentiores* AC al.; *aduliscentiores* (quae forma in lat. post., v. gr. in vers. vet. lat. s. script., saepe occurrit) BT*OS al. 11 *lectos* A cum plur. Ψ et Σ; *lecta* CKE al.

XXIII 3 *vel in aliquo contrarius existens* ABCT al.; *aut in aliquo contrario consistens* OSV. 5 *ammoneatur* ABCTSV; *admoneatur* O al.; *secrete* ABCTF al.; *secreto* OSV al. 7 *intelligit* A al.; *intellegit* αBCK plur. al., ut ipse A al. locis. 8 *vindicte* A.

XXIV. Qualis debet esse modus excommunicationis.

Secundum modum culpae et excommunicationis vel disciplinae mensura debet extendi; qui culparum modus in abbatis pendet iudicio. Si quis tamen frater in levioribus culpis invenitur, a mensae participatione privetur. Privati autem a mensae consortio ista erit ratio, ut in oratorio psalmum aut antiphonam non inponat neque lectionem recitet usque ad satisfactionem; refectionem autem cibi post fratrum refectionem solus accipiat, ut si verbi gratia fratres reficiunt sexta hora, ille frater nona, si fratres nona, ille vespera, usque dum satisfactione congrua veniam consequatur.

XXV. De gravioribus culpis.

Is autem frater qui gravioris culpae noxa tenetur, suspendatur a mensa simul et ab oratorio. Nullus ei fratrum in nullo iungatur consortio nec in conloquio: solus sit ad opus sibi iniunctum persistens in paenitentiae luctum sciens illam terribilem Apostoli sententiam dicentis traditum eiusmodi hominem in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in diem Domini. Cibi autem refectionem solus percipiat mensura vel hora qua praeviderit abbas ei competere. Nec a quoquam benedicatur transeunte nec cibum quod ei datur.

XXVI. De his qui sine iussione iungunt se excommunicatis.

Si quis frater praesumpserit sine iussionem abbatis fratri excommunicato quolibet modo se iungere aut loqui cum eo vel mandatum ei dirigere, similem sortiatur excommunicationis vindictam.

XXIV 2 cf. Reg. I ss. PP. 15.

XXV, XXVI cf. Cassian. inst 2, 15, 16; Reg. Orient. 32, 33.

XXV 6 cf. 1 Cor 5, 5; Cassian. coll. 7, 25—28.

XXIV 1 *debet* A cum plur.; *debeat* KX al. 3 *pendet* ACTK175, 446; *pendit* BSV; *pendeat* F recc.; *pendat* OE.

XXV 3 *simul ab* ABT*XOV; *simul et ab* αCKS recc. *nullo* ABCTXKF*S (duplex negatio in serm. vulg. saepe simplicem firmat); *ullo* C al. multi. 5 *luctum* ACT*XK175, 179; *luctu* αBKrel. al. 7 *salbus* A; *in diem* ABCTXO al.; *in die* KV al.; *civi* AB*K442, 446*; *cibi* αCTK cum plur. al.; *refectionem* ABCTK al.; *perceptionem* SVEiDon.; *-ione* (= -em) O. 9 *cibum quod* A B *(civum)* T*FS *(cybum)* X; *cibum qui* C; *cibus qui* αK175 T^{c}O^{c} recc.

XXVI 1 *iungunt se* A cum plur.; *iunguntur* KOS al. 2 *iussionem* AT*K446 (accus. post *sine* freq. est in serm. vulg.); *iussione* αBCKX al.

XXVII. Qualiter debeat abbas sollicitus esse circa excommunicatos.

Omni sollicitudine curam gerat abbas circa delinquentes fratres, quia „non est opus sanis medicus, sed male habentibus.“ Et ideo uti debet omnimodo ut sapiens medicus: inmittere senpectas, id est seniores sapientes fratres, qui quasi secrete consolentur fratrem fluctuantem et provocent ad humilitatis satisfactionem et consolentur eum, ne „abundantiori tristitia absorbeatur,“ sed, sicut ait item Apostolus, „confirmetur in eo caritas“; et oretur pro eo ab omnibus.

Magnopere enim debet sollicitudinem gerere abbas et omni sagacitate et industria currere, ne aliquam de ovibus sibi creditis perdat. Noverit enim se infirmarum curam suscepisse animarum, non super sanas tyrannidem; et metuat Prophetae comminationem per quam dicit Deus: „Quod crassum videbatis adsumebatis, et quod debile erat, proiciebatis.“ Et Pastoris boni pium imitetur exemplum, qui relictis nonaginta novem ovibus in montibus abiit unam ovem quae erraverat quaerere, cuius infirmitati in tantum conpassus est, ut eam in sacris humeris suis dignaretur inponere et sic reportare ad gregem.

XXVIII. De his qui saepius correpti emendare noluerint.

Si quis frater frequenter correptus pro qualibet culpa, si etiam excommunicatus non emendaverit, acrior ei accedat correptio, id est, ut verberum vindicta in eum procedat. Quod si nec ita correxerit aut forte, quod absit, in superbia elatus etiam defendere voluerit

XXVII 4 *Mt 9, 12. 8 2 Cor 2, 7. 9 *ibd. 8. 14 cf. Ez 34, 34. 16 cf. Joh 10, 11; Lc 15, 4, 5. 17 cf. Hebr 4, 15.

XXVII 5 *omnimodo* AKTF; *omni modo* plur. al. *senpectas* (corrupt. ex συμπαίκτης; cf. L. Comm. p. 274sq.) A cum plur.; *sinpectas* α; *senipetas* aliquot recc., per etymol. popul. conexum cum v. senex; cf. Gloss. V 565, 61 *senodo congregatio senum.* 6 *secrete* A cum plur.; *secreto* S al. 8 *abundantiori* AT; *habundantiori* (in hoc v. sermo vulg. amat aspirationem, fortasse ex derivatione popul. ab *habere*) BCK175, 179, 442; *-ore* OS. *absorbeatur* A cum plur.; *obsorbeatur* TF, ut in nonnullis codd. vers. vet. s. script. 9 *item* ABKX; *idem* αCK446, 334; om. T* al. 12 *currere* ABCT*KXO al.; *curare* T^{c}SV recc. *obibus* AK179. 14 *tyrannidem* A cum plur.; *-ides* αT^{c}Fr. *quam* A cum opt. plur.; *quem* αC al. 17 *nobem obibus* A. *habiit* AK175 S (in hoc v. aspir. freq. est in textibus vulg.). 19 *humeris* A cum plur.; *umeris* OS (haec f. per se melior est; sed in lat. poster. forma aspirata praevaluit).

XXVIII 1 *emendare noluerint* ATFuS; *-are noluerunt* FO; *non emendaverint* CKX al.; *non emendaverunt* B. 3 *correptio* A cum plur.; *correctio* XK179 al. 4 *procedant* ABFOSV; *-at* CTKX al. 5 *superbia* A et al. Ψ; *-am* XOSVK (exc.175).

opera sua, tunc abbas faciat quod sapiens medicus: si exhibuit fomenta, si unguenta adhortationum, si medicamina Scripturarum divinarum; si ad ultimum ustionem excommunicationis vel plagarum virgae etiam, si viderit nihil suam praevalere industriam, adhibeat etiam, quod maius est, suam et omnium fratrum pro eo orationem, ut Dominus qui omnia potest operetur salutem circa infirmum fratrem.

Quod si nec isto modo sanatus fuerit, tunc iam utatur abbas ferro abscisionis, ut ait Apostolus: „Auferte malum ex vobis," et iterum: „Infidelis si discedit, discedat," ne una ovis morbida omnem gregem contagiet.

XXIX. Si debeant fratres exeuntes de monasterio iterum recipi.

Frater qui proprio vitio egreditur de monasterio, si reverti voluerit, spondeat prius omnem emendationem, pro quo egressus est, et sic in ultimo gradu recipiatur, ut ex hoc eius humilitas conprobetur. Quod si denuo exierit, usque tertio ita recipiatur iam postea sciens omnem sibi reversionis aditum denegari.

XXX. De pueris minori aetate qualiter corripiantur.

Omnis aetas vel intellectus proprias debet habere mensuras; ideoque quotiens pueri vel adulescentiores aetate aut qui minus intellegere possunt, quanta poena sit excommunicationis, hii tales, dum delinquunt, aut ieiuniis nimiis affligantur aut acris verberibus coërceantur, ut sanentur.

XXVIII 6 cf. Cassian inst. 10, 7. 13 1 Cor 5, 13. 14 1 Cor 7, 15.

XXIX 5 cf. Reg. Pachom. 136.

XXVIII 8 *ustionem* ABCT Smar. Kmel.; *ultionem* αFO al. *plagarum virgae* ABCTXS al.; *pl. virgas* K175; *plagas virgarum* K 334 Don.; *plagis virgarum* α. 11 *omnia potest* ABCX al.; *omnia potens est* T*; *omnipotens est* OSKmel. recc. 14 *obis* A. *morbida* A*, corr. pr. m. in *morvida*; *contagiet* ABCTK175 X al.; *contaminet* K; T^{c} recc.

XXIX 3 *aut proicitur* add. post *egreditur* plur. Σ. 4 *vitii* add. post *emendationem* OS (sub ras.) VFFuK; *pro quo* = pro eo quod. 6 *sciens* A cum plur.; *sciat* K334, 446 al.

XXX 3 *etate* A, sed lin. 2 *aetas*. 3 *adulescentiores* A cum al.; *adolescentiores* Kplur. et al.; *aduliscentiores* BCT*OS. *minus* = non; *intelligere* A; *intellegere* αBCTOS al. 4 *hii* A* (alterum i eras.) TXS. 5 *acris* AT^{c}F*XKOSVP al.; *agris* BCT*, *acribus* recc.; *coerceantur* A cum plur.; *coherceantur* CFFuFrK (partim).

XXXI. De cellarario monasterii qualis sit.

Cellararius monasterii eligatur de congregatione sapiens, maturis moribus, sobrius, non multum edax, non elatus, non turbulentus, non iniuriosus, non tardus, non prodigus, sed timens Deum, qui omni congregationi sit sicut pater. Curam gerat de omnibus. Sine iussionem abbatis nihil faciat; quae iubentur custodiat. Fratres non contristet; si quis frater ab eo forte aliqua inrationabiliter postulat, non spernendo eum contristet, sed rationabiliter cum humilitate male petenti deneget. Animam suam custodiat memor semper illud apostolicum, quia „qui bene ministraverit, gradum bonum sibi adquirit.“ Infirmorum, infantum, hospitum pauperumque cum omni sollicitudine curam gerat sciens sine dubio, quia pro his omnibus in diem iudicii rationem redditurus est. Omnia vasa monasterii cunctamque substantiam ac si altaris vasa sacrata conspiciat; nihil ducat neglegendum. Neque avaritiae studeat neque prodigus sit et stirpator substantiae monasterii, sed omnia mensurate faciat et secundum iussionem abbatis.

Humilitatem ante omnia habeat, et cui substantia non est quod tribuatur, sermo responsionis porrigatur bonus, ut scriptum est: „Sermo bonus super datum optimum.“ Omnia quae ei iniunxerit abbas, ipsa habeat sub cura sua; a quibus eum prohibuerit, non praesumat. Fratribus constitutam annonam sine aliquo typho vel mora offerat, ut non scandalizentur, memor divini eloquii, quid mereatur, „qui scandalizaverit unum de pusillis.“

Si congregatio maior fuerit, solacia ei dentur, a quibus adiutus et ipse aequo animo impleat officium sibi commissum. Horis competentibus et dentur quae danda sunt, et petantur quae petenda sunt, ut nemo perturbetur neque contristetur in domo Dei.

XXXI 9 *1 Tim 3, 13. 13 cf. Reg. Il ss. PP. 12; Basil. reg. 103. 104; Cassian. inst. 4, 19. 20. 19 cf. Eccli 18, 17. 23 Mt 18, 6.

XXXI 1 *cellarario* ABCT al.; *cellario* FK175. 2 *cellararius* ACT*F al.; *cellarius* B; *cellerarius* (forma recentior, cf. Thes l. l.) T^{c}; *eligatur* ABCTK al.; *elegatur* OS. 3 *turbulentus* A*BCT^{c}K; *turbolentus* A^{c}T*FS. 4 *prodicus* T*S, item l. 15. 5 *iussionem* ACT; *-ione* al. 7 *inrationaviliter* A; *irrationaliter* K175. 11 *infantum* — in lat. poster. etiam maiores pueri infantes appellantur, cf. L. Comm. p. 283. 12 *in diem* ABCTK175 al.; *in die* XOS al. 13 *ac si* = quasi 14 *negligendum* AX; *neglegendum* BCTKO 15 *stirpatur* BT*S; *exstirpator* FK recc. Don. cf. L. Comm. p. 284 17. 18 *cui substantia non est quae tribuatur* A cum recc., sed *quod* pro *quae* BCT^{c}XK175. 179. 446 OSV; *cui non est quod tribuatur ex substantia* T*cum paucis 19 *iniunxerit* A cum plur.; *iniuncxerit* XK175 al. (cx saepe in text. vulg. scrib. pro x, quia x pronuntiabatur ut s) 21 *typo* ATmarg. S; *typho* BC; *tipho* K446; *typo* T^{c}F*XK175 O al., *tipu* T*; *tipo* Kplur. 24 *solatia* A (at *solacium* recte 1, 9) T cum multis; *solacia* CKX 26 *et dentur* αBCTFFuOSK175* (*et* eras.) X; *dentur* AV recc. aliq. 26 *data* A* (supra l. add. n, sed neglecta est emend. litterae t); *danda* al. oo.

XXXII. De ferramentis vel rebus monasterii.

Substantia monasterii in ferramentis vel vestibus seu quibuslibet rebus praevideat abbas fratres, de quorum vita et moribus securus sit, et eis singula, ut iudicaverit utile, consignet custodienda atque recolligenda. Ex quibus abbas brevem teneat, ut dum sibi in ipsa adsignata fratres vicissim succedunt, sciat quid dat aut quid recipit. Si quis autem sordide aut neglegenter res monasterii tractaverit, corripiatur. Si non emendaverit, disciplinae regulari subiaceat.

XXXIII. Si quid debeant monachi proprium habere.

Praecipue hoc vitium radicitus amputandum est de monasterio. Ne quis praesumat aliquid dare aut accipere sine iussionem abbatis neque aliquid habere proprium, nullam omnino rem, neque codicem neque tabulas neque graphium, sed nihil omnino, quippe quibus nec corpora sua nec voluntates licet habere in propria voluntate, omnia vero necessaria a patre sperare monasterii. Nec quidquam liceat habere quod abbas non dederit aut permiserit. Omniaque omnibus sint communia, ut scriptum est; nec quisquam suum aliquid dicat vel praesumat. Quod si quisquam huic nequissimo vitio deprehensus fuerit delectari, ammoneatur semel et iterum. Si non emendaverit, correptioni subiaceat.

XXXIV. Si omnes aequaliter debeant necessaria accipere.

Sicut scriptum est: „Dividebatur singulis, prout cuique opus erat.“ Ubi non dicimus, ut personarum, quod absit, acceptio sit, sed infirmitatum consideratio; ubi qui minus indiget, agat Deo

XXXII 7 cf. Reg. I ss. PP. 12.

XXXIII 1 cf. Basil. reg. 29. 2 cf. Cassian. inst. 7, 21; coll. 16, 6 3 sqq. cf. Reg. II ss. PP. 1; reg. Orient. 30. 31; reg. Pachom. 106; Cassian. inst. 4, 13; Caesar. reg. ad mon. 2. 16. 7 *pater monasterii* saepe abbas appellatur in reg. Pach. et doctr. Orsiesii 8 cf. Act. 4, 32; cf. Aug. ep. 121, 5

XXXIV 2 Act 4, 35; cf. Aug. ep. 121, 5 3 cf. Rom 2, 11 4 cf. Aug. ep. 121, 9.

XXXII 2 *Substantia* A (*-m* eras.) cum paene oo. ΨetΣ; cf. Havers, der sog. Nomin. pendens in Indogerm. Forsch. 43 (1926) p. 207 sqq. et L. Comm. p. 285sq. 3 *praevideat* ACTFO al. *provideat* BKXS recc. 4 *custodienda* A cum plur.; *constituenda* OSV 5 *brebem* AK442 *breve* α; *brevem* al. oo.; apud iurisconsultos v. *brevis* i. e. libellus usitatum fuit 6 *vicissim* ATK334; *vicibus* BCKXOSV.

XXXIII 1 *debeant monachi* A cum plur.; *debeat monachus* TS (*debet*) V 3 *sine iussionem* A solus (cf. 26, 2) 5 *omnino* om. OSV 8 *omnium* AT^{c}; *omnibus* al. oo.; ergo dat. recipiendus esse videtur, praesertim cum in lat. poster. prope solus regnet 9 *ne quisquam* AX; *nec quisquam* BCTKFFuOSVal. 10 *huic* — de hoc dat. cf. L. Comm. p. 288 11 *ammoneatur* ATXK446; *ammonitus* BCFOK (partim); *admonitus* α al. *correptioni* ABCTKOS al.; *correctioni* α.

XXXIV 1 *debeant* ABT^{c}K aliquot SV al.; *debent* CT*F*K175 O al.

gratias et non contristetur; qui vero plus indiget, humilietur pro infirmitate, non extollatur pro misericordia: et ita omnia membra erunt in pace. Ante omnia ne murmurationis malum pro qualicumque causa in aliquo qualicumque verbo vel significatione appareat. Quod si deprehensus fuerit, districtiori disciplinae subdatur.

XXXV. De septimanariis coquinae.

Fratres sibi invicem serviant, et nullus excusetur a coquinae officio, nisi aut aegritudo — aut in causa gravis utilitatis quis occupatus fuerit, quia exinde maior merces et caritas adquiritur. Inbecillibus autem procurentur solacia, ut non cum tristitia hoc faciant, sed habeant omnes solacia secundum modum congregationis aut positionem loci. Si maior congregatio fuerit, cellararius excusetur a coquina, vel si qui, ut diximus, maioribus utilitatibus occupantur; ceteri sibi sub caritate invicem serviant.

Egressurus de septimana sabbato munditias faciat. Lintea cum quibus sibi fratres manus ac pedes tergunt, lavent; pedes vero tam ipse qui egreditur quam ille qui intraturus est omnibus lavent. Vasa ministerii sui munda et sana cellarario reconsignet; qui cellararius item intranti consignet, ut sciat quod dat aut quod recipit. Septimanarii autem ante unam horam refectionis accipiant super statutam annonam singulas biberes et panem, ut hora refectionis sine murmuratione et gravi labore serviant fratribus suis; in diebus tamen sollemnibus usque ad missas sustineant.

XXXV 10—14 cf. Cassian. inst. 4, 19.

XXXIV 5 *pro* = propter, ut saepe in serm. vulg. 9 *deprehensus* A (sed 33, 10 *deprehensus*); *quis* ante *fuerit* AT^{c}K 334 Don. et pauci al. deteriores; om. BCT*KX et al. plur.; cf. L. Comm. p. 291.

XXXV 1. 2. 7 *quoquine* (—*a*) T (ante voc. o in serm. vulg. saepe reperitur qu pro c); etiam XK334 in l. 2 ita scribunt, item FS l. 7 et S 38, 18. 2 *et nullus* ATK334 al.; *ut nullus* BCKX al. 3 *aegritudo* AT*XO*S; —*ine* α BCK recc. *utilitatis* om. A solus; G. Morin (Revue Bénéd. 34 (1922) p. 132) hanc omissionem defendere conatur; *merces* ABC cum plur.; *mercis* TOS; in serm. vulg. saepiss. forma nom. in -is pro -es desinit; in cap. 36 ipse A habet *mercis* cum T*OS al. 5 *solatia* A, sed 6 *solacia* per corr. pr. m.; opt. codd. utroque l. *solacia* 10 *munditias facere* usitatum fuit in serm. cotid., cf. Plaut. Stich. 347, Cato r. r. 39 *lintea* A cum plur.; *linteamina* CF; praepos. *cum saepiss.* in serm. vulg. invenitur pro simplici abl. instr.; 11 *tergunt* ABCKS^{c}al.; *tergent* FTOS*al. *lavent* ACT*X al.; *labent* BK175 al.; *lavet* α T^{c} K(aliquot) S recc. 13 *consignet* AB* (sed *re* supra l. pr. m.) K334; *reconsignet* B^{c}CT*FFrKXS*; *resignet* OV 14 *item* ABCK; *iterum* TFOS; *quod—quod* ABCKO al.; *quid—quid* TFS al. 15 cf. Joh 12, 1 *ante sex dies paschae* 16 *singulas* A*BC*TFFuKX; *-os* A^{c}C^{c}K 334 Paul SV; *singulus bibere* O; *sibi* add. post *singulas* OSV 18 *substineant* X, cf. abstineo; L. Comm. p. 94; *sustinere* = exspectare, ut saepiss. ap. script. poster.

Intrantes et exeuntes ebdomadarii in oratorio mox matutinis finitis dominica omnium genibus provolvantur postulantes pro se orari. Egrediens autem de septimana dicat hunc versum: „Benedictus es, Domine Deus, qui adiuvasti me et consolatus es me;“ quo dicto tertio accepta benedictione egrediens, subsequatur ingrediens et dicat: „Deus, in adiutorium meum intende; Domine, ad adiuvandum me festina;“ et hoc idem tertio repetatur ab omnibus, et accepta benedictione ingrediatur.

XXXVI. De infirmis fratribus.

Infirmorum cura ante omnia et super omnia adhibenda est, ut sicut revera Christo ita eis serviatur, quia ipse dixit: „Infirmus fui, et visitastis me,“ et: „Quod fecistis uni de his minimis, mihi fecistis.“ Sed et ipsi infirmi considerent in honorem Dei sibi serviri et non superfluitate sua contristent fratres suos servientes sibi; qui tamen patienter portandi sunt, quia de talibus copiosior merces adquiritur. Ergo cura maxima sit abbati, ne aliquam neglegentiam patiantur. Quibus fratribus infirmis sit cella super se deputata et servitor timens Deum et diligens ac sollicitus. Balnearum usus infirmis quotiens expedit offeratur, sanis autem et maxime iuvenibus tardius concedatur. Sed et carnium esus infirmis omnino debilibus pro reparatione concedatur; ad ubi meliorati fuerint, a carnibus more solito omnes abstineant. Curam autem maximam habeat abbas, ne a cellarariis aut a servitoribus neglegantur infirmi; et ipsum respicit quidquid a discipulis delinquitur.

XXXV 21 Dan 3, 52; Ps 85, 17 24 Ps 69, 2.

XXXVI 3. 4 Mt. 25, 36. *40.

XXXV 19 *mox* cf. L. Comm. p. 176 sq. 20 *omnibus* A solus; *provolbantur* A. 22 *adiuvasti* codd. oo., ut h. l. in codd. s. script. vers. vet. Germ. et Corb.; *tertio* = ter 23 *accepta benedictione egrediens* ACTFFrK, de libero hoc usu participii nominat. cf. L. Comm. 133sq. et 297; *accipiat benedictionem egrediens* BOS*V al. 24 *adiubandum* A.

XXXVI 4 *meis* add. post *minimis* TOK446. 334; om. ABCK al. 5 *servire* AB*K179 SV; *serviri* α B^{c}CTKXO al. 7 *mercis* AT*OS; *merces* α BC al. plur.; cf. 35, 4; s. Benedictus sibi non constitisse videtur 10 *valnearum* A; *balneorum* K175^{c}; *-arum* cet. 11 *iubenibus* A 12 *et debilibus* vel *debilibusque* non pauci habent codd. interpolati; similiter res se habet in cap. 39; codd. antiquiss. om. *et* vel *que*; haec additio magni momenti erat, quod attinebat ad disciplinae severitatem 12 *devilibus* A; 13 *ad* ABTK175*; in serm. vulg. ex gramm. antiq. testimonio saepe *ad* pro *at* scrib.; in cod. Vercell. s. script. vet. vers. v. gr. freq. occurrit: *ad ille* 13 *fuerunt* AT*; *fuerint* BCT^{c}K plur. al.; praeterea constanti s. Benedicti usu in eiusmodi enuntiatis postulatur 15 *et ipsum* ABCT; *quia ad ipsum* KX al. Σ.

XXXVII. De senibus vel infantibus.

Licet ipsa natura humana trahatur ad misericordiam in his aetatibus, senum videlicet et infantum, tamen et regulae auctoritas eis prospiciat. Consideretur semper in eis inbecillitas, et ullatenus eis districtio regulae teneatur in alimentis; sed sit in eis pia consideratio et praeveniant horas canonicas.

XXXVIII. De ebdomadario lectore.

Mensis fratrum lectio deesse non debet. Nec fortuito casu qui arripuerit codicem legere ibi, sed lecturus tota ebdomada dominica ingrediatur. Qui ingrediens post missas et communionem petat ab omnibus pro se orari, ut avertat ab ipso Deus spiritum elationis; et dicatur hic versus in oratorio tertio ab omnibus ipso tamen incipiente: „Domine, labia mea aperies, et os meum adnuntiabit laudem tuam;“ et sic accepta benedictione ingrediatur ad legendum.

Et summum fiat silentium, ut nullius musitatio vel vox nisi solius legentis ibi audiatur. Quae vero necessaria sunt comedentibus et bibentibus, sic sibi vicissim ministrent fratres, ut nullus indigeat petere aliquid. Si quid tamen opus fuerit, sonitu cuiuscumque signi potius petatur quam voce. Nec praesumat ibi aliquis de ipsa lectione aut aliunde quidquam requirere, ne detur occasio, nisi forte prior pro aedificatione voluerit aliquid breviter dicere.

Frater autem lector ebdomadarius accipiat mixtum, priusquam incipiat legere, propter communionem sanctam et ne forte grave sit ei ieiunium sustinere; postea autem cum coquinae ebdomadariis et servitoribus reficiat. Fratres autem non per ordinem legant aut cantent, sed qui aedificant audientes.

XXXVIII 6 Ps 50, 17 9 sqq. cf. Cassian. inst. 4, 17; Caesar. reg. ad virg. 16; reg. Pachom. 33, 116; reg. Macar. 18.

XXXVII 4 *invecillitas* A *ullatenus* AT* cf. cap. 53 et 60; *nullatenus* α al. oo. Eis quae disserui in Comm. p. 301 addi potest in codd. vet. interpret. s. script. saepius reperiri *ullus* pro *nullus* (d Lc 23, 22 *ullam causam mortis invenio;* cf. ff Mt 27, 14; Monac. Judith 5, 27) 6 *horas canonicas* hic = h. usitatas refectionis.

XXXVIII 2 *fratrum edentium* α K deter., alii Σ complur. *nec* ACTFuK334. 446 V al. *ne* BOS al.; *fortuito* AT*K *fortuitu* α BCFrK47.334 ST^{c} *qui* A BCT*KX *quis* OS al.; 3 *legere* est infin. finalis dependens ab *arripuerit*; quo non cognito multi codd. interpolati (α FuPFrK aliique) add. *audeat* 5. 6 *dicatur hic versus* ABCT al.; *dicat hunc versum* OSV al. 9 *musitatio* est iusta forma, quam mel. codd. oo. exhibent atque etiam multi deter. 11 *vicissim* A cum plur.; *vicibus* FuEiOSV 12 *quis* A solus; *quid* oo. al. 15 *breviter* A cum al. contra consultudinem suam, *brebiter* K175. 442. 17 *grabe* A. 20 *aedificant* ACT*K175 X; *-ent* α BKrel. al.

XXXIX. De mensura cibus.

Sufficere credimus ad refectionem cotidianam tam sextae quam nonae omnibus mensis cocta duo pulmentaria propter diversorum infirmitatibus, ut forte qui ex illo non potuerit edere, ex alio reficiatur. Ergo duo pulmentaria cocta fratribus omnibus sufficiant. Et si fuerit, unde poma aut nascentia leguminum, addatur et tertium. Panis libra una propensa sufficiat in die, sive una sit refectio sive prandii et cenae. Quod si cenaturi sunt, de eadem libra tertia pars a cellarario servetur reddenda cenandis. Quod si labor forte factus fuerit maior, in arbitrio et potestate abbatis erit, si expediat aliquid augere remota prae omnibus crapula, et ut numquam subripiat monacho indigeries, quia nihil sic contrarium est omni christiano quomodo crapula, sicut ait Dominus noster: „Videte, ne graventur corda vestra crapula." Pueris vero minore aetate non eadem servetur quantitas, sed minor quam maioribus, servata in omnibus parcitate. Carnium vero quadripedum omnimodo ab omnibus abstineatur comestio praeter omnino debiles aegrotos.

XL. De mensura potus.

„Unusquisque proprium habet donum ex Deo, alius sic, alius vero sic;" et ideo cum aliqua scrupulositate a nobis mensura victus aliorum constituitur; tamen infirmorum contuentes inbecillitatem credimus eminam vini per singulos sufficere per diem. Quibus autem donat Deus tolerantiam abstinentiae, propriam se habituros mercedem sciant. Quod si aut loci necessitas vel labor aut ardor aestatis

XXXIX 13 *Lc 21, 34.

XL 2 1 Cor 7, 7.

XXXIX 1 *cibus* A (supra *-us* scr. est *i*) BC*T*O al.; *cibi* S al.; *ciborum* T^{c}K 3 *mensis* A cum plur., *mensibus* CFrFuEi al. 4 *infirmitatibus* ABCTF* (sub ras.) O*S*; *-ates* al. *illo* A cum. plur. = hoc vel illo, ut saepe in serm. vulg.; *uno* S recc. 5. 6 *si fuerit unde* cf. L. Comm. p. 306 6 *nascentia* in serm. vulg. saepe est subst. = γεννήματα, e. gr. Sgall. Ez 48, 18, ubi Vulg. habet *fruges* 7 *sive* A, sed in ead. l. *sibe* 9 *cenandis* ABCT*XOS; *cenaturis* KFuP al.; *caenantibus* F* 11 *crapula* cf. Cassian. coll. 20, 11, 1 *crapula ciborum*; *subripiat* A cum prope oo. *Subripere* in serm. vulg. saepe confunditur cum *subrepere*, cf. cap. 57 et 67; *indigestio* X 13 *crapula* ATXOS; *in crapula* (ut in Vulg. = ἐν κραιπάλῃ) BC Kal.; 14 *minore* ACTS; *-ori* BKXO al., ut plerumque in lat. post. 15 *paucitate* X; *quadripedum* A*T*F *quadrupedum* CA^{c}T^{c}KXO*V al.; *quadrupedium* BSO^{c}; 16 *omnimodo* ABCT Smar. Paul.; *omnino* OS* (sub ras.) V recc. *deviles* A; 17 *egrotos* ABTS; *et* post *debiles* add. OSK deter.; deest in A et opt. codd. cum Smar., qui *debiles aegrotos* unam tantum personam significare affirmat.

XL 1 *scripulositate* A; nullam al. l. notat α; sed codd. oo. al. *scrupulositate*; si auctoritas A alio cod. fulciretur, sine dubio sequenda esset, quia f. *scripulus* etiam alibi saepe occurrit.

amplius poposcerit, in arbitrio prioris consistat, considerans in omnibus, ne subrepat satietas aut ebrietas. Licet legamus vinum omnino monachorum non esse, sed quia nostris temporibus id monachis persuaderi non potest, saltim vel hoc consentiamus, ut non usque ad satietatem bibamus, sed parcius, quia „vinum apostatare facit etiam sapientes." Ubi autem necessitas loci exposcit, ut nec suprascripta mensura inveniri possit, sed multo minus aut ex toto nihil, benedicant Deum qui ibi habitant, et non murmurent, hoc ante omnia ammonentes, ut absque murmurationibus sint.

XLI. Quibus horis oportet reficere.

A sancto Pascha usque Pentecosten ad sextam reficiant fratres et sera cenent. A Pentecosten autem tota aestate, si labores agrorum non habent monachi, aut nimietas aestatis non perturbat, quarta et sexta feria ieiunent usque ad nonam; reliquis diebus ad sextam prandeant. Quam prandii sextam, si operis in agris habuerint aut aestatis fervor nimius fuerit, continuanda erit, et in abbatis sit providentia. Et sic omnia temperet adque disponat, qualiter et animae salventur, et quod faciunt fratres absque iustam murmurationem faciant. Ab idus autem Septembres usque caput Quadragesimae ad nonam semper reficiant. In Quadragesima vero usque in Pascha ad vesperam reficiant. Ipsa tamen vespera sic agatur, ut lumen lucernae non indigeant reficientes, sed luce adhuc diei omnia consummentur. Sed et omni tempore sive cena sive refectionis hora sic temperetur, ut luce fiant omnia.

XL 9 Verba Sen., vitae PP. 5, 4, 31 12 *Eccli. 19, 2.

XL 9 *subrepat* A cum plur.; *subripiat* B cum pauc.; cf. 39, 11 11 *saltim* A cum opt. *sacietatem* A, sed 9 *satietas*; econtra C 9 *sacietas*, 11 *satietatem*; ci et ti ante voc. in codd. omnium scriptorum saepiss. confunduntur 15 *ammonentes* ABCTF*K al. (liber usus nom. participii).

XLI 1 *fratres* AFFuKXS recc.; om. BCTOV al., quos sequitur Butler, et id quidem iure, ut videtur; nam suspecta est sane haec add., quia cogitari vix potest, cur hi codd. eam omissuri fuerint, si esset genuina; 2 *usque p.* ABCTK; *usque ad p.* OS al. 3 *sera* ABCTX; *ad seram* α F*KOS; *sero* F^{c}; *a pentecosten* ABCT*F Kaliquot O(penticosten); *a pentecoste* K175 al. 6 *quam prandii sextam* ABT K175; *quam p. sexta* C; *quae p. sexta* plur. al.; cf. L. Comm. p. 312; *operis* A* (non *operas*) BK179; de hoc genit. partitivo cf. L. Comm. p. 313; *operas* A^{c}C*T*, *opera* C^{c}T^{c} al. multi 7 *ferbor* AB 8 *adque* AK175 (haec scriptio a grammaticis antiq. vituperatur, sed frequentiss. est in inscr.); *atque* al.; *ac* X; *salbentur* A 9 *iustam murmurationem* A* (in adiect. *-m* eras.) T* (*murmor.*); ablat. BCKal. om. *iusta* FOS al. *ulla murmuratione* T^{c}FuVDon; Paul. utramque lect. exstare testatur, praefert autem *iusta* 10 *idus Septembres* ABCT; *idus -bris* OS al. *idibus -ibus* K175 al. *usque caput* ACTK; *usque capud* BFX (in hoc v. saepiss. in codd. vers. vet. s. script. occurrit d; interdum etiam in inscr.; gramm. antiqui eam scriptionem ut vulg. vituperant); *usque ad caput* α OS al.; *quadragesime* A 12 *lumen* A cum plur.; *lumine* XKdeter. al. 14 *sibe* A *cena* (*caena*) ABCTF* al.; *cenae* T^{c}K175 XSV recc.; *luce* A cum plur.; *cum luce* KXC^{c}.

XLII. Ut post completorium nemo loquatur.

Omni tempore silentium debent studere monachi, maxime tamen nocturnis horis. Et ideo omni tempore sive ieiunii sive prandii: si tempus fuerit prandii, mox surrexerint a cena, sedeant omnes in unum, et legat unus Collationes vel Vitas Patrum aut certe aliud quod aedificet audientes — non autem Eptaticum aut Regum, quia infirmis intellectibus non erit utile illa hora hanc Scripturam audire; aliis vero horis legantur, — si autem ieiunii dies fuerit, dicta vespera parvo intervallo mox adcedant ad lectionem Collationum, ut diximus; et lectis quattuor aut quinque foliis vel quantum hora permittit, omnibus in unum occurrentibus per hanc moram lectionis, si qui forte in adsignato sibi conmisso fuit occupatus, omnes ergo in unum positi conpleant, et exeuntes a conpletoriis nulla sit licentia denuo cuiquam loqui aliquid. Quod si inventus fuerit quisquam praevaricari hanc taciturnitatis regulam, gravi vindictae subiaceat; excepto si necessitas hospitum supervenerit, aut forte abbas alicui aliquid iusserit; quod tamen et ipsud cum summa gravitate et moderatione honestissima fiat.

XLIII. De his qui ad opus Dei vel ad mensam tarde occurrunt.

Ad horam divini officii mox auditus fuerit signus, relictis omnibus quaelibet fuerint in manibus, summa cum festinatione curratur, cum gravitate tamen, ut non scurrilitas inveniat fomitem. Ergo nihil operi Dei praeponatur.

Quod si quis in nocturnis vigiliis post „Gloriam" psalmi nonagesimi quarti, quem propter hoc omnino subtrahendo et morose volumus

XLIII 1—6 cf. Cassian. inst. 4, 12; Reg. Macar. 14. 7 sqq. 18 sqq. cf. Cassian. inst. 3,7; Reg. Pachom. 9.

XLII 1 *completorium* A cum plur., *-ios* C; *completurium* TS 2 *silentium* A cum plur., *-io* OV al. pauci ϟ *sibe—sive* A; 4 *mox* ABCTOS al. *mox ut* T^{c}O^{c}XK (plur.) recc. *in unum* (= una, simul) A cum opt. cf. L. Comm. p. 315; add. *locum* FrFuV; *in uno loco* OS*F^{c}; quae add. inde orta est, quod librarii non recte intellexerunt *in unum* 5 *aliud aliquid* multi recc. 6 *Eptaticum* A cum plur. (= Pentateuchum cum l. Josue et Judicum). 8 *fuerit* ABCK; *fuerint* α FFrOS al.; *parbo* A. 11 *si qui* ABCT*K175 al.; *si quis* TKX al.; *nisi quis* FuOS* (*ni* eras.); 12 *fuit* A cum plur; *fuerit* OS*V al. *conpleant* = completorium dicant. 13 *completuriis* ST*(sed vet. m. corr. in *-oriis*); *denuo* A* sed, quod maxime mireris, pr. m. mut. in *deuno*. 14 *praevaricari* A* (sec. Plenkers 36) C*FrO al.; *-are* A^{c}C^{c}BFS al. 15 *grabi* A, *gravi* al. plur.; *-ori* K 446. 334 recc. 17 *ipsud* A cum plur. Ψ et Σ (forma in lat. vulg. freq.); *ipsum* α K al. *honestissima* ACXK175; *-ime* BT Kcet. OSV al.

XLIII 3 *mox* ABCTK175. 446; *mox ut* XK cet. OS al.; *auditus—signus* ABC* T*V (eius modi transitus in gen. masc. freq. in serm. vulg.; cf. L. Comm. p. 238). 5 *scurilitas* A*TFS^{c}; *scurrilitas* C^{c}K al. plur.; *scurrilitatis* K179*446 OS*(cum uno r); cf. 6, 14 et 49, 13. 8 *subtrahendo* A cum plur.; *protrahendo* V al.

dici, occurrerit, non stet in ordine suo in choro, sed ultimus omnium stet aut in loco, quem talibus neglegentibus seorsum constituerit abbas, ut videantur ab ipso vel ab omnibus, usque dum completo opere Dei publica satisfactione paeniteat. Ideo autem eos in ultimo aut seorsum iudicavimus debere stare, ut visi ab omnibus vel pro ipsa verecundia sua emendent. Nam si foris oratorium remaneant, erit forte talis, qui se aut recollocet et dormit aut certe sedit sibi foris vel fabulis vacat, et datur occasio maligno; sed ingrediantur intus, ut nec totum perdant, et de reliquo emendent.

Diurnis autem horis, qui ad opus Dei post versum et „Gloriam" primi psalmi qui post versum dicitur, non occurrerit, lege qua supra diximus, in ultimo stent nec praesumant sociari choro psallentium usque ad satisfactionem, nisi forte abbas licentiam dederit remissione sua, ita tamen ut satisfaciat reus ex hoc.

Ad mensam autem qui ante versum non occurrerit, ut simul omnes dicant versum et orent et sub uno omnes accedant ad mensam, qui per neglegentiam suam aut vitio non occurrerit, usque secunda vice pro hoc corripiatur. Si denuo non emendaverit, non permittatur ad mensae communis participationem, sed sequestratus a consortio omnium reficiat solus sublata ei portione sua a vinum usque ad satisfactionem et emendationem. Similiter autem patiatur, qui et ad illum versum non fuerit praesens, qui post cibum dicitur. Et ne quis praesumat ante statutam horam vel postea quidquam cibi aut potus praesumere. Sed et cui offertur aliquid a priore et accipere rennuit,

XLIII 30 sqq. cf. Cassian. inst. 4, 18. 32 sqq. cf. Basil. reg. 96.

XLIII 11 *videantur* A cum plur. Ψ et Σ; *-atur* α K (exc. 175) al. 12 *peniteat* A. 14 *emendent* A cum plur. Ψ et Σ; *-entur* K al. et recc.; *oratorium* ABTFrX; *-orio* CKOSV al. 15 *recollocet* ABCTK; *collocet (conlocet)* K179 XOSV al. (cf. francog. se coucher). 15. 16 *dormit — sedit — vacat — datur* ATO; item B, sed *sedet; dormit — sedeat — vacet — datur* C; K pler. in oo. membris hab. coniunct., al. codd. partim coniunct., partim indic. 15 *sibi* de hoc dat. maxime in pronom. reflex. usitato in serm. familiari cf. L. Comm. p. 320. 16. 17 *ingrediantur — perdant — emendent* A cum plur., alii singul.; *intus* A cum plur.; *intro* T^cF^c al. recc. 19 *non* om. K deter. et al.; in B eras. 20 *stent* (constr. ad sensum) ACTK175; *stet* BKX. *praesumant* ABCT; *-at* al. pler. 21 *remissione* AB*CTF^c; *permissione* OSB^c al. 23 *versum* oo., sed in A *m* ex parte eras. pr. m. 24 *versu* A, *-um* oo. al. 25 *vitio* ABCTXK175 OS al.; *vitium* K recc.; *secunda vice* ABCTX; *-am -em* K; *ad -am -em* α OS al.; 26 *pro hoc* ABCTK al.; *pro id* OS*. 27 *mense* AKX; *mensae* plur. 28 *vinum* ABCT; *de vino* α FFrFuKX al.; *vini* OV; *a vino* S; verisimillimum mihi nunc esse videtur cum Morin (Rev. Bénéd. 1912 p. 405) s. Benedictum scripsisse *a vinum* quae l. proxime accedit ad opt. codd. 29 *et ad* ABCTcKH; *ad* OSV al. 32 *praesumere* ABCT*KS al.; *sumere* TcOV al. Vi praepos. debilitata v. compos. in serm. vulg. saepe usurp. pro simplici v. *sumere*. *rennuit* ABCTK175 S; *rennuerit* α K; *renuerit* al. inprimis recc.

hora qua desideraverit hoc quod prius recusavit aut aliud omnino nihil percipiat usque ad emendationem congruam.

XLIV. De his qui excommunicantur quomodo satisfaciant.

Qui pro gravibus culpis ab oratorio et a mensa excommunicantur, hora qua opus Dei in oratorio percelebratur, ante fores oratorii prostratus iaceat nihil dicens nisi tantum posito in terra capite stratus pronus omnium de oratorio exeuntium pedibus. Et hoc tamdui faciat, usque dum abbas iudicaverit satisfactum esse. Qui dum iussus ab abbate venerit, volvat se ipsius abbatis, deinde omnium vestigiis, ut orent pro ipso. Et tunc, si iusserit abbas, recipiatur in choro vel ordine quo abbas decreverit, ita sane, ut psalmum aut lectionem vel aliud quid non praesumat in oratorio imponere, nisi iterum abbas iubeat. Et omnibus horis, dum perconpletur opus Dei, proiciat se in terra in loco quo stat. Et sic satisfaciat, usque dum ei iubeat iterum abbas, ut quiescat iam ab hac satisfactione.

Qui vero pro levibus culpis excommunicantur tantum a mensa, in oratorio satisfaciant usque ad iussionem abbatis. Hoc perficiant, usque dum benedicat et dicat: Sufficit.

XLV. De his qui falluntur in oratorio.

Si quis, dum pronuntiat psalmum, responsorium, antiphonam vel lectionem, fallitus fuerit, nisi satisfactione ibi coram omnibus humiliatus fuerit, maiori vindictae subiaceat, quippe qui noluit humilitate corrigere quod neglegentia deliquit. Infantes autem pro tali culpa vapulent.

XLIV cf. Reg. Macar. 26; Cassian. inst. 2, 16; 4, 16.

XLV cf. Cassian. inst. 4, 16; 3, 7.

XLIII 33 *aut* A cum plur.; om. OSV; 34 *percipiat* ABCTK al.; *accipiat* OSV.

XLIV 1 *satisfatiant* A solus. 2 *gravibus* ABCK 175. 446. 334 XOS; *-oribus* TKrel. V al.; *mensa* A solus; *a mensa* BCTKOS al. *excommunicantur* A cum plur. antiq. *-atur* V al. recc. 7 *volbat* A; post *abbatis* multi codd. add. *pedibus;* plures post *vestigiis* add. *fratrum.* 9 *in ordine* AF (supra l.) *ordine* CT cum plur.; *ordines quos* B. *sane* ABCTKX al. *plane* K 446. 334 OSV al. 11 *perconpletur* A cum plur.; *completur* BO al. 12 *quo* A cum plur.; *in quo* K pler. 14 *levibus* A cum plur.; *levioribus* T.

XLV 3 *fallitus fuerit* (in serm. vulg. complura v. in quartam coniug. transierunt, cf. francog. faillir) ABCTOS al.; *falsus fuerit* Fr.; *fefellerit* KX; *fallitur* K 334 al. recc. 4 *humilitatem* A solus; -m paragogicum vel superfluum saepiss. inven. in inscript. et codd. vulg., sed raro in A; cf. L. Comm. p. 124; 5 *negligentia* A; *neglegentia* al. mel. codd. et ipse A al. locis. 6 *bapulent* A; *vapulant* OV.

XLVI. De his qui in aliis quibuslibet rebus delinquunt.

Si quis, dum in labore quovis, in coquina, in cellario, in ministerio, in pistrino, in horto, in artem aliquam dum laborat, vel in quocumque loco aliquid deliquerit aut fregerit quippiam aut perdiderit vel aliud quid excesserit ubiubi, et non veniens continuo ante abbatem vel congregationem ipse ultro satisfecerit et prodiderit delictum suum, dum per alium cognitum fuerit, maiori subiaceat emendationi. Si animae vero peccati causa fuerit latens, tantum abbati aut spiritalibus senioribus patefaciat, qui sciat curare et sua et aliena vulnera, non detegere et publicare.

XLVII. De significanda hora operis Dei.

Nuntianda hora operis Dei dies noctisque sit cura abbatis aut ipse nuntiare aut tali sollicito fratri iniungat hanc curam, ut omnia horis conpetentibus conpleantur. Psalmos autem vel antiphonas post abbatem ordine suo quibus iussum fuerit inponant. Cantare autem et legere non praesumat, nisi qui potest ipsud officium implere, ut aedificentur audientes, quod cum humilitate et gravitate et tremore fiat, et cui iusserit abbas.

XLVIII. De opera manuum cotidiana.

Otiositas inimica est animae, et ideo certis temporibus occupari debent fratres in labore manuum, certis iterum horis in lectione divina. Ideoque hac dispositione credimus utraque tempora ordinari: id est,

XLVI 4 sqq. cf. Cassian. inst. 4, 16; Reg. Pachom. 125. 131; Aug. ep. 211, 11.

XLVI 1 *in aliis quibuslibet rebus* ABCTFK; *in aliquibus rebus* OSV al. 2 *quoquina* TV cf. 35, 1; *ministerio* ABCKX al.; *monasterio* TOS al.; 3 *horto* A (sed h supra l.) al.; *orto* TKXOS al.; *ortum* V; in hoc v. saepiss. in serm. vulg. om. h; *artem aliquam* ABCT*V; *arte aliqua* α KXOS al. 5 *ubi* AT^{c}F^{c}SV *ubiubi* BCT*Fr FuK (in cap. 63 etiam A) cf. L. Comm. p. 328; *ubi vel ubi* XK442. 179* (sed *vel* eras.) Smar.; *ubi et ubi* F*PEiBr. 7 *subiaceat emendationi* (*-em* T*; *-i* T^{c} prob. pr. m.). *Si animae vero peccati* ABCTFFr Smar.; *subiaceat emendationi animae venia. Peccati* O, similiter SV, sed *emendatione ... veniam.* 8 *spiritalibus senioribus:* in eccl. graeca confessarius est πατὴρ πνευματικός; 9 *patefaciat* A cum plur. *-iant* BCSV. *sciat* AXK(partim) al.; *sciant* α BCTK cet.; cf. L. Comm. p. 329.

XLVII 1 *ora* AK446 (al. loc. etiam A *hora*). 2 *dies noctisque* ABC et probab. T* sub ras.; cf. Comm. p. 330; complura exempla, etsi non prorsus certa, huius genit. temp. exstant in vers. vet. s. script.; *diei noctisque* X; *die noctuque* α KT^{c} OSV al. 5 *fuerint* A solus.

XLVIII 1 *opera—cotidiana* A cum plur.; *opere -ano* K al. 4 *ac* A*C*T*S*, sed in oo. corr. in *hac;* cf. L. Comm. p. 331. *tempora* codd. fere oo., sed in A sub ras. fuit probab. *tempore*, item pr. m. K175*; *utroque tempore* K 334^{c}.

ut a Pascha usque kalendas Octubres a mane exeuntes a prima usque hora pene quarta laborent, quod necessarium fuerit; ab hora autem quarta usque hora quasi sexta agente lectioni vacent. Post sexta autem surgentes a mensa pausent in lecta sua cum omni silentio, aut forte qui voluerit legere sibi, sic legat, ut alium non inquietet. Et agatur nona temperius, mediante octava hora, et iterum quod faciendum est operentur usque ad vesperam. Si autem necessitas loci aut paupertas exigerit, ut ad fruges recollegendas per se occupentur, non contristentur, quia tunc vere monachi sunt, si labore manuum suarum vivunt sicut et patres nostri et Apostoli. Omnia tamen mensurate fiant propter pusillanimes.

A kalendas autem Octobres usque caput Quadragesimae usque in hora secunda plena lectioni vacent; hora secunda agatur tertia, et usque nona omnes in opus suum laborent quod eis iniungitur. Facto autem primo signo nonae horae deiungant ab opera sua singuli et sint parati, dum secundum signum pulsaverit. Post refectionem autem vacent lectionibus suis aut psalmis.

In Quadragesimae vero diebus a mane usque tertia plena vacent lectionibus suis et usque decima hora plena operentur quod eis iniungitur. In quibus diebus Quadragesimae accipiant omnes singulos codices de bibliotheca, quos per ordinem ex integro legant. Qui codices in caput Quadragesimae dandi sunt. Ante omnia sane deputentur unus aut duo seniores qui circumeant monasterium horis quibus vacant fratres lectioni, et videant, ne forte inveniatur frater acediosus, qui

---

XLVIII 5 *usque* ABT*; *usque ad* α CT^{c} al.; *octubres* A (sed lin. 16 *octobres*) BC*T* XK 175 al.; *octobres* α K al.; *octobris* FFrK 334 V al; *octubris* K 446; hic *kal. Oct.* significant diem 14. Sept.; cf. L. Comm. p. 332. 6 *hora pene quarta* ABCT; accus. al. plur. 7 *usque hora quasi sexta agente* B, probab. etiam T*F; proxime accedit: *horam q. -am -em* S; *agent* AC, reliqua ut B; *qua sextam agent* OV; multi codd., in primis recc. om. *agent(e);* ad explic. l. genuinam cf. Cantabrig. Lc 24, 21 *tertium diem hodie agit* (usus impers.) et L. Comm. p. 333 sq. 7 *post sexta* AC K 334^{c} *-m* BTK al. 8 *lecta sua* A*BC*T*OS al.; *-is suis* K al.; *lectulis suis* A^{c} K 334. 9 *alium* ABCTKX al.; *alterum* OS. 10 *octaba* A. 12 *exegerit* A*C*T* K 175 al. *exigerit* BA^{c}C^{c}T^{c}XK aliquot O; vocalis i ex tempore praes., ut saepe in serm. vulg. 13 *vibunt* A. 16 *a kalendas octobres* ACFu; item BT*, sed *octubres* (haec f. cum u saepe occurrit in inscript.), et O, sed *octubris; a kalendis* al. plur., partim *octobris*, partim *octobribus; usque* ABCT; *usque ad* α T^{c}OS al. 16. 17 *usque in hora secunda plena* ABCTX; *usque (ad) -am -am -am* KOSV al. 17. 18 *usque nona* ABC*T*X; add. *hora* O; *usque nonam* K, *usque ad nonam* S*; add. *horam* V al. 19 *deiungant* ABTX; *disiungant* α CKS al.; *disiungant se* OV al:; cf. L. Comm. p. 336; *opera sua* ABCTX; *opere suo* al. plur. 22 *usque tertia plena* et 23 *usque decima hora plena* ABCT; accus. (partim cum *ad*) al. plur. 25 *bi-blyotheca* A; *bibliotheca* al. plur.; in v. graec. saepiss. y et i permut. in codd. 25. 26 *in caput* ABCTK al. *in capite* al. recc. 26 *deputentur* ACTK; *-etur* α BOV al. 28 *achediosus* A; *accediosus* B (unum c eras.) C; *acediosus* K al. plur.; *vacat* A cum plur.; *vacet* K 175 al.

vacat otio aut fabulis et non est intentus lectioni et non solum sibi inutilis est, sed etiam alios distollit. Hic talis si, quod absit, repertus fuerit, corripiatur semel et secundo; si non emendaverit, correptioni regulari subiaceat taliter, ut ceteri timeant. Neque frater ad fratrem iungatur horis inconpetentibus. Dominico item die lectioni vacent omnes excepto his qui variis officiis deputati sunt. Si quis vero ita neglegens et desidiosus fuerit, ut non vellit aut non possit meditare aut legere, iniungatur ei opus quod faciat, ut non vacet. Fratribus infirmis aut delicatis talis opera aut ars iniungatur, ut nec otiosi sint nec violentia laboris opprimantur aut effugentur. Quorum inbecillitas ab abbate consideranda est.

XLIX. De Quadragesimae observatione.

Licet omni tempore vita monachi Quadragesimae debet observationem habere, tamen quia paucorum est ista virtus, ideo suademus istis diebus Quadragesimae omni puritate vitam suam custodire, omnes pariter et neglegentias aliorum temporum his diebus sanctis diluere. Quod tunc digne fit, si ab omnibus vitiis temperamus, orationi cum fletibus, lectioni et compunctioni cordis atque abstinentiae operam damus.

Ergo his diebus augeamus nobis aliquid a solito pensu servitutis nostrae: orationes peculiares, ciborum et potus abstinentiam, ut „nusquisque super mensuram sibi indictam aliquid propria voluntate ucum gaudio sancti Spiritus“ offerat Deo; id est: subtrahat corpori suo de cibo, de potu, de somno, de loquacitate, de scurrilitate, et cum spiritalis desiderii gaudio sanctum Pascha expectet.

Hoc ipsud tamen quod unusquisque offerit, abbati suo suggerat, et cum eius fiat orationem et voluntatem; quia quod sine permissionem patris spiritalis fit, praesumptioni deputabitur et vanae gloriae, non mercedi. Ergo cum voluntate abbatis omnia agenda sunt.

XLIX cf. Leo M., serm. de quadrag. 1, 2; 4, 1. 6; 2, 1. 12 cf. Thess. 1, 6.

XLVIII 30 *distollit* ABCTFX K446; *extollit* KOSV al. 31 *correptioni* A cum plur.; *correctioni* α OS. 34 *excepto* ABCTOS; *exceptis* O^{c}S^{c}V recc. cf. L. Comm. p. 237. 35 *vellit* A* (alterum l eras.) T* (freq. in lat. post. et vulg. ad normam f. vellet, velle). *meditare* ABC*T*K175 al.; *-ari* K (aliquot) S al. 38 *violenti* AB; in C postea suppl. *-a; violentia* α K al. oo.; in S* *violentia*, m. rec. corr. in *violenti* (verisim. ex comparatione cum A). *aut* A cum plur.; *ut* K; *invecillitas* A.

XLIX 2 *debet* A cum plur. Ψ et Σ. 5 *et* A cum plur. cf. L. Comm. p. 339; om. V al.; econtra rec. m. in A ante *et* add. *sordes*. 6 *temperamus* A cum plur.; *-emus* recc. 8 *damus* A cum plur.; *demus* KO al. 9 *solito pensu* AT; *a solito pensu* K; *a solito penso* Fu; *solito penso* BCOSV Don. al.; *ad solitum pensum* K446. 334 al.; cf. L. Comm. p. 340. 15 *offerit* (forma in vulg. serm. freq.) ATFFrFuK175; *offeret* BT^{c}S; *offert* CK al. 16 *orationem et voluntatem* ACT*K 446; ablat. al.; *permissionem* AT*; abl. al.

L. De fratribus qui longe ab oratorio laborant aut in via sunt.

Fratres qui omnino longe sunt in labore et non possunt occurrere hora competenti ad oratorium — et abbas hoc perpendet, quia ita est, agant ibidem opus Dei, ubi operantur, cum tremore divino flectentes genua. Similiter qui in itinere directi sunt, non eos praetereant horae constitutae, sed ut possunt agant sibi et servitutis pensum non neglegant reddere.

LI. De fratribus qui non longe satis proficiscuntur.

Frater qui pro quovis responso dirigitur et ea die speratur reverti ad monasterium, non praesumat foris manducare, etiam si omnino rogetur a quovis, nisi forte ei ab abbate suo praecipiatur. Quod si aliter fecerit, excommunicetur.

LII. De oratorio monasterii.

Oratorium hoc sit quod dicitur; nec ibi quidquam aliud geratur aut condatur. Expleto opere Dei omnes cum summo silentio exeant, et habeatur reverentia Deo, ut frater qui forte sibi peculiariter vult orare, non impediatur alterius improbitate. Sed et si aliter vult sibi forte secretius orare, simpliciter intret et oret, non in clamosa voce, sed in lacrimis et intentione cordis. Ergo qui simile opus non facit, non permittatur explicito opere Dei remorari in oratorio, sicut dictum est, ne alius impedimentum patiatur.

L 3. 4 cf. Basil. reg. 107. 7. 8 cf. Reg. Pachom. 142.

LII 1—5 cf. Aug. ep. 211, 7. 3, 7 *intentio cordis* saepe ap. Cassian.

L 3 *in labore* om. FrOSV al. 4 *perpendet* (= temp. praes., L. Comm. p. 341 sq.) AC*T*X K175; *-it* α BKS al.; *perpenderit* OK446. 6 *ienua* K 175. 442; in Vulg. cod. C evangel. hispan. saepe i ponitur pro g ante vocal.; similiter in al. text. vulg. 7 *sibi* cf. 43, 15; 49, 9; *ibi* FP al.

LI 3 *etiam si* A. *omnino* A cum plur.; om. OS al. (ex industria om., ut mitigaretur sententia).

LII 4 *habeatur* ABCT^{c}XK175, 446; *agatur* T* (sub ras.) OS al. 5 *sed et si* BCT cum plur.; *sed si* AK175; *aliter* A* (sed i del.) BXV al.; *alter* CTK. 8 *explicito* ACTXK175. 446. 334 O, *expleto* BTS al.; recc. plur.

LIII. De hospitibus suscipiendis.

Omnes supervenientes hospites tamquam Christus suscipiantur, quia ipse dicturus est: „Hospis fui, et suscepistis me;“ et omnibus congruus honor exhibeatur, maxime domesticis fidei et peregrinis.

Ut ergo nuntiatus fuerit hospis, occurratur ei a priore vel a fratribus cum omni officio caritatis; et primitus orent pariter et sic sibi socientur in pace. Quod pacis osculum non prius offeratur nisi oratione praemissa propter inlusiones diabolicas. In ipsa autem salutatione omnis exhibeatur humilitas omnibus venientibus sive discedentibus hospitibus: inclinato capite vel prostrato omni corpore in terra Christus in eis adoretur, qui et suscipitur.

Suscepti autem hospites ducantur ad orationem, et postea sedeat cum eis prior aut cui iusserit ipse. Legatur coram hospite lex divina, ut aedificetur, et post haec omnis ei exhibeatur humanitas. Ieiunium a priore frangatur propter hospitem, nisi forte praecipuus sit dies ieiunii qui non possit violari; fratres autem consuetudines ieiuniorum prosequantur. Aquam in manibus abbas hospitibus det; pedes hospitibus omnibus tam abbas quam cuncta congregatio lavet; quibus lotis hunc versum dicant: „Suscepimus, Deus, misericordiam tuam in medio templi tui.“ Pauperum et peregrinorum maxime susceptioni cura sollicite exhibeatur, quia in ipsis magis Christus suscipitur; nam divitum terror ipse sibi exigit honorem.

Coquina abbatis et hospitum super se sit, ut incertis horis supervenientes hospites, qui numquam desunt monasterio, non inquietentur fratres. — In qua coquina ad annum ingrediantur duo fratres, qui

---

LIII cf. Rufin. hist. mon. 1. 2. 7. 9. 21; Reg. Pachom. 51; Cassian. coll. 2, 25. 26; 21, 14; inst. 5, 24. 3 *Mt 25, 35. 4 cf. Gal. 6, 10. 14 cf..Act. 28, 1. 19 Ps 47, 10.

LIII 3. 5 *hospis* ACT*FSO *hospes* BK al. 4 *domesticis fidei:* non significari hic universim catholicos orthodoxos pro certo habendum est; sed quam vim specialem hic habeat v., dubitari potest; cogitari potest aut de clericis vel monachis (cf. L. Comm. p. 346 sq.) aut de pauperibus, quod suspicatus est Morin (Revue Bénéd. 1922 p. 127 sq.); nunc quaestionem in medio relinquo; *peregrini* hic sine dubio vocantur ii, qui pietatis causa peregrinationem faciunt (cf. pèlerin, pellegrino). 6 *primitus* cf. L. Comm. p. 348. 9 *sibe* A. 10 *in terra* A cum plur.; *in terram* S al. om. O. 16 *ieiuniorum* A, sed al. loc. ut alii oo.; 17 *aqua* ABCT* = *aquam* littera finali -m omissa, quod quidem in Bened. reg. raro fit, in aliis autem codd. saepiss. 18 *labet* A K175. 442. 446. 19 *suscepimus* ACK cum al. plur.; *suscipimus* BTOS; quoniam haec conservatio vocalis in temp. perf. freq. invenitur in lat. vulg., dubium est utram formam scripserit Bened.; cf. L. Comm. p. 179 sq., 348. 20 *maxime* om. OSV; *susceptionis* A (sed *nis* supra lin.) C*(?) T^{c}V; *-oni* BC^{c}T*FXO; *-one* (= *-oni*) FuS; *-onum* α KP al.; *susceptio omni cura* recc. 24 *inquietentur* ABCTXK175 S al. *-ent* Kcet. V recc.; 25 *qua coquina* AB (*quoquina*) CT*FK; accus. α SV al.

ipsud officium bene impleant. Quibus ut indigent solacia amministrentur, ut absque murmurationem serviant; et iterum quando occupationem minorem habent, exeant ubi eis imperatur in opera. Et non solum ipsis, sed et in omnibus officiis monasterii ista sit consideratio, ut quando indigent solacia adcommodentur eis, et iterum quando vacant oboediant imperatis. Idem et cellam hospitum habeat adsignatam frater cuius animam timor Dei possidet; ubi sint lecti strati sufficienter, et domus Dei a sapientibus et sapienter amministretur.

Hospitibus autem, cui non praecipitur, ullatenus societur neque conloquatur; sed si obviaverit aut viderit, salutatis humiliter, ut diximus, et petita benedictione pertranseat dicens sibi non licere conloqui cum hospite.

LIV. Si debeat monachus litteras vel aliquid suscipere.

Nullatenus liceat monacho neque a parentibus suis neque a quoquam hominum nec sibi invicem litteras, eulogias vel quaelibet munuscula accipere aut dare sine praecepto abbatis. Quod si etiam a parentibus suis ei quidquam directum fuerit, non praesumat suscipere illud, nisi prius indicatum fuerit abbati. Quod si iusserit suscipi, in abbatis sit potestate, cui illud iubeat dari; et non contristetur frater, cui forte directum fuerat, ut non detur occasio diabulo. Qui autem aliter praesumpserit, disciplinae regulari subiaceat.

LIII 34—37 Reg. I ss. PP. 8.

LIV cf. Reg. Pachom. 52. 106; Caesar. reg. ad mon. 1. 15; ad virg. 23. 40; Cassian. inst. 4, 16; Aug. ep. 211, 11. 12.

LIII 26 *amministrentur* ACT al.; *adm.* K al.; *ministrentur* XOSV al. 27 *murmurationem* AB*C*T*K446; *-ione* al. 28 *ad opus quod imperantur* X. 29 *ipsis* A cum plur.; *in ipsis* KX al.; *ab ipsis* SV; *sed etiam* A solus; *sed etiam et* X; *sed et* al. oo. 31 *imperatis* A cum plur.; *imperanti* aliquot recc.; *idem* AB CTFXS*V; *item* α alii multi. 33 *et sapienter* ABCTKS al.; om. *et* XOV al. 35 *ullatenus* AT*; *nullatenus* al. oo.; cf. 37, 4.

LIV 1 *literas* A; *litteras* al., ut ipse A lin. 3. 3 *eologias* A K334 (eo pro eu etiam alibi saepissime invenitur, e. gr. in inscript. 7. saec. et in codd. vers. vet. s. script.); *eulogias* al. 5 *ei* AC^{c} cum plur.; *eis* C*K175. 179. *suscipere* A cum plur.; *accipere* X al.; haec permutatio praepositionum frequentiss. est in lat. poster. et vulg. 7 *dari* ABC^{c}T^{c}FK; *dare* C*T*XOS al. 8 *diabulo* ABTOS al.; *diabolo* CK al. (al. loc. etiam A).

LV. De vestiario vel calciario fratrum.

Vestimenta fratribus secundum locorum qualitatem ubi habitant vel aërum temperiem dentur, quia in frigidis regionibus amplius indigetur, in calidis vero minus. Haec ergo consideratio penes abbatem est. Nos tamen mediocribus locis sufficere credimus monachis per singulos cucullam et tunicam (cucullam in hieme vellosam, in aestate puram aut vetustam), et scapularem propter opera, indumenta pedum pedules et caligas. De quarum rerum omnium colorem aut grossitudinem non causentur monachi; sed quales inveniri possunt in provincia qua degunt, aut quod vilius conparari possit. Abbas autem de mensura provideat, ut non sint curta ipsa vestimenta utentibus ea, sed mensurata. Accipientes nova vetera semper reddant in praesenti reponenda in vestiario propter pauperes. Sufficit enim monacho duas tunicas et duas cucullas habere propter noctes et propter lavare ipsas res; iam quod supra fuerit superfluum est, amputari debet. Et pedules et quodcumque est vetere reddant, dum accipiunt novum. Femoralia hi qui in via diriguntur de vestiario accipiant, quae revertentes lota ibi restituant. Et cucullae et tunicae sint aliquanto a solito quas habent modice meliores; quas exeuntes in via accipiant de vestiario et revertentes restituant.

Stramenta autem lectorum sufficiant matta, sagum et lena et capitale. Quae tamen lecta frequenter ab abbate scrutinanda sunt propter opus peculiare, ne inveniatur. Et si cui inventum fuerit, quod ab abbate non accepit, gravissimae disciplinae subiaceat. Et ut hoc vitium peculiaris radicitus amputetur, dentur ab abbate omnia quae sunt

---

LV 1 *de vestiario vel* (*de* add. X) *calciario fratrum* AB*TFX; item CKOS sed *et* pro *vel*; *de vestiariis et calciariis* B^{c}K 175. 179 al.; *de vestimentis et calciamentis* K 334 Vat. Lo I; qua interpolatione recte explicatur vis tituli genuini, cf. L. Comm. p. 351 sq. 2 *qualitate* AC*; *-em* α BC^{c}TKO; *qualitatibus* S; *temperie* ABC*T; *-m* OS al.; cum oo. al. loc. (saltem 12) Bened. praepos. *secundum* iungat cum accus., vix hoc uno loco uti voluit abl., sed -m finale omissum est in codd., fortasse ab ipso Bened. 4 *penes* A cum plur.; *apud* OV al. 6 *vellosam* AT^{c}S; *villosam* al. 7 *scapularem* ACK 446; *-are* α BT al.; cf. L. Comm. p. 353. 8 *calligas* AB; *caligas* CT al.; lin. 25 etiam A. *colorem — grossitudinem* AC*; abl. BT al. cf. ind. capp. 51. 52 „*de fratres*“; *calore(m)* TC. 9 *provincia* = terra, cf. 61, 2; *degunt* ABCT^{c}K; *habitant* T* al. 9. 10 *invenire — comparare* OSVFu. 11 *provideat* A cum plur.; *praevideat* α KX al. 12. 16 *noba (-um)* A. 13 *ad pauperes* X recc. 14 *labare* A; de hoc infin. cf. L. Comm. p. 355. 16 *vetere* ABCFrF* (prob. sub ras.) S; *vetera* TO; *vetus* α T^{c}KS^{c}; *vetustum* K 334 recc.; de f. *vetere* cf. Neue^{2} 2, 70. *hi* A cum plur.; *hii* (quod A al. loc. habet) TXK aliq. F*O. 17 *quae* ABCTK al.; *qui* OSV al. 18 *a solito* A cum paene oo.; cf. L. Comm. p. 346; *solito* K 446. 21 *quae — lecta* A cum plur.; *qui — lecti* α XK 334; *frequenter* om. A solus. *scrutinanda* A cum plur.; haec forma saepe occurrit in vers. vet. s. script.; *scrutanda* SK (exc. 175. 446) al.; 22 *opus peculiare* cf. L. Comm. p. 356; *ne* non est coni. fin., sed particula interrog. non enclit., quae saepe inven. in serm. vulg. 23 *accepit* Ψ; *acceperit* Σ. 24 *peculiaris* (genit.) AB CTXOS; *-are* KV al.

necessaria, id est cuculla, tunica, pedules, caligas, bracile, cultellum, graphium, acum, mappula, tabulas, ut omnis auferatur necessitatis excusatio. A quo tamen abbate semper consideretur illa sententia Actuum Apostolorum, quia „dabatur singulis, prout cuique opus erat". Ita ergo et abbas consideret infirmitates indigentium, non malam voluntatem invidentium; in omnibus tamen iudiciis suis Dei retributionem cogitet.

LVI. De mensa abbatis.

Mensa abbatis cum hospitibus et peregrinis sit semper. Quotiens tamen minus sunt hospites, quos vult de fratribus vocare in ipsius sit potestate. Seniorem tamen unum aut duo semper cum fratribus dimittendum propter disciplinam.

LVII. De artificibus monasterii.

Artifices si sunt in monasterio, cum omni humilitate faciant ipsas artes, si permiserit abbas. Quod si aliquis ex eis extollitur pro scientia artis suae, eo quod videatur aliquid conferre monasterio, hic talis erigatur ab ipsa arte et denuo per eam non transeat, nisi forte humiliato ei iterum abbas iubeat. Si quid vero ex operibus artificum venundandum est, videant ipsi, per quorum manus transigenda sint, ne aliquam fraudem praesumant; memorentur semper Ananiae et Saphirae, ne forte mortem quam illi in corpore pertulerunt, hanc isti

LV 28 Act 4, 35; cf Basil. reg. 94.
LVII 8 cf. Act. 5, 1—11.

LV 25 sqq. *caligas — cultellum — acum — tabulas*, sed *cuculla — tunica — mappula* ABCT*; in oo. subst. accus. habent K175. 179. 442*; etiam Σ codd. antiq. ex parte hab. accus.; pauci vetust. et oo. recc. in oo. vocab. habent nomin. 25 *bracile* A cum plur. (cf. Isid. orig. 19, 33, 5 *redimiculum est quod succinctorium sive bracile nominamus ... hunc vulgo brachilem quasi brachialem dicunt, quamvis nunc non brachiorum, sed renum sit cingulum*); *braciale* X; *cingulum* add. V. 26 *omnia* A*BT*; *omnibus* A^c (pr. m.) *omnis* α A^c (poster. m.) cum plur., cf. L. Comm. p. 357. 28 *apostulorum* A; al. l. etiam A *apostolus*.

LVI 3 *minus*=non; cf. prol. 72; 30, 3. 4 *seniore uno aut duo .. dimittendum* ABT^c (T* *seniores); seniores unum aut duos ... dimittendum* α BCuK, item X K 446, sed *duo; seniorem ... duos* SV; alii codd. magis textum difficilem et corruptum ad leg. gramm. accommodant; longissime discedit a genuino textu O: *senior unus aut duo ... dimittendi sunt; curet* add. F; al. add. *procuret* (Fr, Lo I, H): certe retinendum est *dimittendum*, de hac constr. imperson. vid. L. Comm. p. 233; cf. p. 358 sq.

LVII 2. 5. 7 Pronom. *ipse* vim habet articuli defin. 5 *erigatur* ABTFK Smar. Paul.; *avellatur* K 334; *evellatur* PSEi; *egrediatur* O; *elegatur* V; *arguatur* W; *tollatur* vel *suspendatur* codd. hispan.; cf. Traube² p. 22. 92. 8 *sint* ABCT al.; *sunt* al. recc.; post *fraudem* add. *facere* K175; *monasterio facere* add. K (plur.); *inferre* add. FFrOSX al. 9 *Saphyrae* A.

vel omnes qui aliquam fraudem de rebus monasterii fecerint, in anima patiantur. In ipsis autem pretiis non subripiat avaritiae malum, sed semper aliquantulum vilius detur quam ab aliis saecularibus dari potest, „ut in omnibus glorificetur Deus".

LVIII. De disciplina suscipiendorum fratrum.

Noviter veniens quis ad conversationem, non ei facilis tribuatur ingressus; sed, sicut ait Apostolus, „probate spiritus, si ex Deo sunt". Ergo si veniens perseveraverit pulsans et inlatas sibi iniurias et difficultatem ingressus post quattuor aut quinque dies visus fuerit patienter portare et persistere petitioni suae, annuatur ei ingressus, et sit in cella hospitum paucis diebus. Postea autem sit in cella noviciorum, ubi meditent et manducent et dormiant. Et senior eis talis deputetur, qui aptus sit ad lucrandas animas, qui super eos omnino curiose intendat. Et sollicitudo sit, si revera Deum quaerit, si sollicitus est ad opus Dei, ad oboedientiam, ad obprobria. Praedicentur ei omnia dura et aspera per quae itur ad Deum. Si promiserit de stabilitate sua perseverantiam, post duorum mensuum circulum legatur ei haec regula per ordinem, et dicatur ei: Ecce lex sub qua militare vis; si potes observare, ingredere; si vero non potes, liber discede. Si adhuc steterit, tunc ducatur in supradictam cellam noviciorum et iterum probetur in omni patientia. Et post sex mensuum circuitum legatur ei regula, ut

LVII 13 *1 Petr. 4, 11.

LVIII cf. Caesar. reg. ad mon. 1; Recap. 8; Reg. Pachom. 49; Cassian. inst. 4, 3; coll. 20, 1. 3 *1 Joh. 4, 1 (plane consonat cum vers. vet. e. gr. ap. Ps. Aug. Spec. 50). 4. 6 simill. sunt v. in Reg. I ss. PP. 7. 4 cf. Lc. 11,8. 9 cf. Mt 18, 15; Vita Pachom. 25. 11. 12 cf. Reg. I ss. PP. 7; Cassian. coll. 24, 25. 17 cf. 2 Tim 4, 2.

LVII 11 *pręciis* A; *praeciis* S, *pretiis* al. fere oo. *subripiat* A cum plur. Ψ et Σ; *abaritiae* A. 12 *dari potest* A cum opt. *datur* OV al. recc.

LVIII 1 *disciplina* = *ordine* in indice post prol. 2 *nobiter* A; cf. Fulg. myth. 3, 1 p. 103 M. CIL 6, 1156; *conversationem* AXK175. 179. 446 FrFuOV; *conversionem* BCuTKal. S recc. Paul. 6 *petitionis suae* AK179 (dittographia). 7—8 *nobiciorum* A. *meditent et manducent et dormiant* ABCuT; *meditet* etc. A^c (2. man.) XOSV al.; *meditetur* etc. α KFr al. 9 *abtus* A*; pr. m. corr. in *aptus*, item in K175. 10 *sollicitudo* ABCuX; *sollicitus* α TKOSV. 11 *oboedientia* A (= *-am* omissa litt. -m fin.); *-am* α al. oo. 12. 13 *de stavilitate sive perseverantia* A* sec. Morin; at Plenkers p. 36 pro *sive* scriptum fuisse affirmat *sua*, ubi *perseverantia* pariter ac lin. 11 = *-am*; item *de -ate sua perseverantiam* K175 Smar. Hild. Don., quibus Butler add. cod. Floriac. et al., *de -atis suae -ia* BCu TFrOS recc.; *sive* in nullo cod. reperitur; in A pr. m. *perseverantia* mut. in *-entia*, econtra in K175 *-entiam* 2. man. corr. in *-antiam*. 13. 17 *mensuum* ABCuT*OSVK (partim) (de hac forma cf. L. Comm. p. 363, Neue² 1, 398); *mensum* K175*, sed pr. m. add. alterum u; *mensium* FrX al., inprimis recc. 16 *nobiciorum* A. 17 *circuitum* A cum plur. Ψ et Σ; *circulum* α al. recc. *legatur* A cum plur.; *relegatur* B al.

sciat, ad quod ingreditur. Et si adhuc stat, post quattuor menses iterum relegatur ei eadem regula. Et si habita secum deliberatione promiserit se omnia custodire et cuncta sibi imperata servare, tunc suscipiatur in congregatione sciens et lege regulae constitutum, quod ei ex illa die non liceat egredi de monasterio nec collum excutere de sub iugo regulae, quem sub tam morosam deliberationem licuit aut excusare aut suscipere.

Suscipiendus autem in oratorio coram omnibus promittat de stabilitate sua et conversatione morum suorum et oboedientiam coram Deo et Sanctis eius, ut si aliquando aliter fecerit, ab eo se damnandum sciat quem inridit. De qua promissione sua faciat petitionem ad nomen Sanctorum, quorum reliquiae ibi sunt, et abbatis praesentis. Quam petitionem manu sua scribat, aut certe, si non scit litteras, alter ab eo rogatus scribat, et ille novicius signum faciat, et manu sua eam super altare ponat. Quam dum inposuerit, incipiat ipse novicius mox hunc versum: „Suscipe me, Domine, secundum eloquium tuum, et vivam: et ne confundas me ab expectatione mea." Quem versum omnis congregatio tertio respondeat adiungentes „GloriaPatri".

Tunc ille frater novicius prosternatur singulorum pedibus, ut orent pro eo; et iam ex illa die in congregatione reputetur. Res si quas habet, aut eroget prius pauperibus aut facta sollemniter donatione conferat monasterio nihil sibi reservans ex omnibus, quippe qui ex illo die nec proprii corporis potestatem se habiturum scit. Mox ergo in oratorio exuatur rebus propriis quibus vestitus est, et induatur rebus monasterii. Illa autem vestimenta quibus exutus est, reponantur in vestiario conservanda, ut si aliquando suadenti diabolo consenserit, ut egrediatur de monasterio, quod absit, tunc exutus rebus monasterii proiciatur. Illam tamen petitionem eius quam desuper altare abbas tulit, non recipiat, sed in monasterio reservetur.

LVIII 22 cf. Vita Macarii Rom. 2. 38. 39 cf. Caesar. reg. ad mon 1. 40—44 cf. Cassian. inst. 4, 5. 6; Reg. Pachom. 49.

LVIII 19 *relegatur* ABCuTK175 al.; *legatur* OSV al. 21 *in congregatione* A cum plur., *in -em* O; *et lege* ABT; *se lege* α SVXFr al.; *se iam lege* K 175 al., *e lege* O*; *se sub lege* K 334; *se e lege* S. 22 *de sub* cf. L. Comm. p. 365; *quem* ABTX* al.; *quam* K al.; *quia* OS. 23 *morosam deliberationem* AT*X; abl. al. 25 *stavilitate* A; 26 *conversatione* A*BXOSV; *conversione* A^{c} (2. m.) TK al. 26 *oboedientiam* ATFuK175* O; *-ia* α BKcet. SV al. 27 *damnandum* = *damnatum iri.* 28 *inridit* AT*X; *inridet (irridet)* al. 29 *abbatis praesentis* ABT* al.; *abbate praesente* T^{c}FuOS al. *-ati -i* V. 32 *inposuerit* AKX; *posuerit* al.; 32. 36 *nobicius* A. 34 *vibam* A. 36 *ille* A cum plur., *ipse* recc.; utriusque pron. vis in lat. post. ita debilitata est, ut saepe non differat ab artic. defin. 37 *die* BTK cum fere oo.; *hora* A solus, nam S^{c} rec. m. ad A mut. est; si A unius ex opt. codd. auctoritate fulciretur, sequendus esset. 40 *habiturum* A cum plur.; *habere* FuOV al. *scit* ABT*XO; *sciat* K al. 43 *suadenti* ABT*K175.334; *-ente* K cet. XOST^{c} al. 45 *tulit* cf. L. Comm. p. 369.

LIX. De filiis nobilium aut pauperum qui offeruntur.

Si quis forte de nobilibus offerit filium suum Deo in monasterio, si ipse puer minori aetate est, parentes eius faciant petitionem, quam supra diximus, et cum oblationem ipsam petitionem et manum pueri involvant in palla altaris et sic eum offerant. De rebus autem suis aut in praesenti petitione promittant sub iureiurando, quia numquam per se, numquam per suffectam personam nec quolibet modo ei aliquando aliquid dant aut tribuunt occasionem habendi; vel certe si hoc facere noluerint et aliquid offerre volunt in elemosinam monasterio pro mercede sua, faciant ex rebus quas dare volunt monasterio donationem reservato sibi, si ita voluerint, usum fructum. Atque ita omnia obstruantur, ut nulla suspicio remaneat puero per quam deceptus perire possit, quod absit, quod experimento didicimus. Similiter autem et pauperiores faciant. Qui vero ex toto nihil habent, simpliciter petitionem faciant et cum oblationem offerant filium suum coram testibus.

LX. De sacerdotibus qui forte voluerint in monasterio habitare.

Si quis de ordine sacerdotum in monasterio se suscipi rogaverit, non quidem citius ei adsentiatur. Tamen si omnino persteterit in hac supplicatione, sciat se omnem regulae disciplinam servaturum; nec aliquid ei relaxabitur, ut sit sicut scriptum est: „Amice, ad quod venisti?“

Concedatur ei tamen post abbatem stare et benedicere aut missas tenere, si tamen iusserit ei abbas; sin alias, ullatenus aliqua praesumat sciens se disciplinae regulari subditum et magis humilitatis exempla omnibus det. Et si forte ordinationis aut alicuius rei causa fuerit in

---

LX 6 Mt 26, 50 (etiam Vulg. opt. codd. habent *quod*).

LIX 2 *offerit* A*BTF; *offeret* (quod ipsum = *offerit*) OV; *offert* KS al.; *offerat* PVat. al. 3 *minori* AT^{c}FrFuK al.; *minore* OS; *minor* BT*F. 4 *oblationem* ABT*; abl. K al.; 5 *involbant* A. 6 *in praesenti petitione* ACuK Smar., accedunt BTF ubi *petitionem* = *-one* (-m paragogicum); *per petitionem* OS. 7 *suffectam* ABCuK175 et verisim. T*F* (sub ras.) Smar.; *subiectam* T^{c}F^{c}XOS al.; *suspectam* FuP al. 8 *dant aut tribuunt* ABTXOSV; *dent aut tribuant* C Smar. al. recc. 9 *volunt* ABT*FrXK; *voluerint* α T^{c}OS al.; *elemosinam* ABK; *elimosinam* TF al.; praeter has usitatiss. formas aliae inven. in codd. reg., ut in codd. s. script., sed admodum raro occurrit f. *eleemosyna*. 11 *reserbato* A *usum fructum* AS (asyndeton ap. iuriscons. freq. = *usum et fr.*); *usum fructuum* B*T*OF; *usu fructuario* α KXT^{c}F^{c} recc. De accus. depend. a *reservato* cf. L. Comm. p. 233. 12 *obstruantur* A cum plur.; *observantur* OS; *observentur* V. 15 *oblationem* AT; abl. al.

LX 1 *forte* ABTK Vat.; om. plerique, quia poster. temp. non rari, ut temp. s. Bened., sed multi sac. erant in monasteriis. 4 *persteterit* ABTXK175* al.; *perstiterit* K al. 6 *quod* A cum paene oo. 9 *ullatenus* ABT*X; *nullatenus* T^{c} (rec. m.) al. cf. 37, 4; *aliqua* cf. 20, 2. 10 *exempla* de plur. cf. L. Comm. p. 372.

monasterio, illum locum adtendat, quando ingressus est in monasterio, non illum qui ei pro reverentia sacerdotii concessus est. Clericorum autem si quis eodem desiderio monasterio sociari voluerit, loco mediocri conlocentur, et ipsi tamen, si promittunt de observatione regulae vel propriam stabilitatem.

LXI. De monachis peregrinis, qualiter suscipiantur.

Si quis monachus peregrinus de longinquis provinciis supervenerit, si pro hospite voluerit habitare in monasterio et contentus est consuetudine loci quam invenerit et non forte superfluitate sua perturbat monasterium, sed simpliciter contentus est quod invenerit, suscipiatur, quanto tempore cupit. Si qua sane rationabiliter et cum humilitate caritatis reprehendit aut ostendit, tractet abbas prudenter, ne forte pro hoc ipsud eum Dominus direxerit.

Si vero postea voluerit stabilitatem suam firmare, non rennuatur talis voluntas, et maxime quia tempore hospitalitatis potuit eius vita dinosci. Quod si superfluus aut vitiosus inventus fuerit tempore hospitalitatis, non solum non debet sociari corpori monasterii, verum etiam dicatur ei honeste, ut discedat, ne eius miseria etiam alii vitientur. Quod si non fuerit talis qui mereatur proici, non solum si petierit, suscipiatur congregationi sociandus, verum etiam suadeatur, ut stet, ut eius exemplo alii erudiantur, et quia in omni loco uni Domino servitur, uni regi militatur. Quem si etiam talem esse perspexerit abbas, liceat eum in superiori aliquantum constituere loco. Non solum autem monachum, sed etiam de suprascriptis gradibus sacerdotum vel clericorum stabilire potest abbas in maiori quam ingrediuntur loco, si eorum talem perspexerit esse vitam. Caveat autem abbas, ne aliquando de alio noto monasterio monachum ad habitandum suscipiat sine consensu abbatis eius aut litteras conmendaticias, quia scriptum est: „Quod tibi non vis fieri, alio ne feceris."

LXI 12 cf. Basil. reg. 192. 21 cf. Reg. I ss. PP. 13. 24 cf. 4, 6.

LX 12 *monasterio* AK cum antiq. Ψ et Σ; *-ium* recc. 14 *sociari* A cum plur.; *sociare* O*S; *se sociari* V. 16 *propriam stabilitatem* A (*stav.*) BTF*X; abl. al.

LXI 2 *provinciis* cf. 55, 9. 3 *consuetudinem* ABCuT*F*XK446, fuit ergo sine dubio in archetypo, sed -m paragogicum esse videtur, non verus accus.; *-ine al.* 7 *reprehendit* A cum plur. *(repreh.); -erit* XKaliq. al.; *ostendit* A cum plur.; *-erit* al.; *abbas* AOS al.; *abba* BT*FFrK175 al.; *ne* = partic. interrog., ut 55, 22; 8 *pro hoc* AK cum plur.; *ad hoc* α K 334; *ipsud* ABCuT*O; *ipsum* XP; *ipso* T^{c}KSV al. 9 *stavilitatem* A. *rennuatur* ABTFK175. 446; *renuatur* Fr. al.; 10 *quia* om. A solus. 18 *aliquantum* A cum plur.; *-ulum (-olum)* T^{c}F^{c}S al. 20 *in* codd. fere oo., om. A, ut videtur, solus. *ingrediuntur* ATXOSV; *-itur* BK al. 21 *cabeat* A; 23 *litteras* (A *literas*) *commendaticias (A conm.)* ABTFK175 O al.; abl. α KX al. 24 *alio* ABTFKopt. X; *alii* Kdeter.; *alteri* OS.

LXII. De sacerdotibus monasterii.

Si quis abbas sibi presbyterum vel diaconem ordinari petierit, de suis elegat, qui dignus sit sacerdotio fungi. Ordinatus autem caveat elationem aut superbiam nec quicquam praesumat, nisi quod ei ab abbate praecipitur, sciens se multo magis disciplinae regulari subdendum. Nec occasione sacerdotii obliviscatur regulae oboedientiam et disciplinam, sed magis ac magis in Deum proficiat. Locum vero illum semper adtendat, quod ingressus est in monasterio, praeter officium altaris et si forte electio congregationis et voluntas abbatis pro vitae merito eum promovere voluerint. Qui tamen regulam decanis vel praepositis constitutam sibi servare sciat. Quod si aliter praesumpserit, non sacerdos sed rebellio iudicetur. Et saepe ammonitus si non correxerit, etiam episcopus adhibeatur in testimonio. Quod si nec sic emendaverit, clarescentibus culpis proiciatur de monasterio, si tamen talis fuerit eius contumacia, ut subdi aut oboedire regulae nolit.

LXIII. De ordine congregationis.

Ordines suos in monasterio ita conservent, ut conversationis tempus, ut vitae meritum discernit utque abbas constituerit. Qui abbas non conturbet gregem sibi conmissum nec quasi libera utens potestate iniuste disponat aliquid; sed cogitet semper, quia de omnibus iudiciis et operibus suis redditurus est Deo rationem. Ergo secundum ordines, quos constituerit vel quos habuerint ipsi fratres, sic accedant ad pacem, ad communionem, ad psalmum inponendum, in choro standum; et in omnibus omnino locis aetas non discernat ordines nec praeiudicet, quia

---

LXII 3 cf. Eccli 45, 19. 14 cf. Reg. orient. 35.

LXIII 7—8 cf. Hier. praef. in reg. Pachom. 3.

LXII 2 *presbyterum* A cum plur.; *praesbiterum* T (haec scriptio saepiss. in codd. s. script.); *diaconem* ABK cum plur. *-um* al. recc. 3 *elegat* ATOS al.; *eligat* FK al. *cabeat* A. 5 *subdendum* ABTXK175 al.; *subditum* K(plur.) OS al. 6 *sacerditii* A; *obbliviscatur* A. 8 *quod* AO*S; *quo* α BTKX al.; *quando* Fu al.; cf. L. Comm. p. 377. *in monasterio* ABKOS; *-ium* T al. 10 *voluerint* ABTFK175* X; *voluerit* al. multi. *decanis* ABCuT*K175* al.; *a decanis* T^{c}KOSV al. *prepositis (praep.)* ABCuTXK aliq. al.; *praeposito* K 334 OV; *propositis* K175. 442; *decani — praepositi* α; 11 *servare* ABTXK175. 446 al.; *-ari* K cet. 12 *revellio* AK175* 179; *rebellio* BT al. plur.; *rebellis* O*. 13 *testimonio* AFFu XK175. 179. O; *-ium* α BTK cet.

LXIII 2 *conversationis* A cum opt. *conversionis* SV al. deter. 3 *utquae* A; *atque* V; *utque* plur. 4 *livera* A. 9 *discernat ordines* ABTFKO al.; *discernatur in ordine* multi recc.

Samuhel et Danihel pueri presbyteros iudicaverunt. Ergo excepto hos quos, ut diximus, altiori consilio abbas praetulerit vel degradaverit certis ex causis, reliqui omnes ut convertuntur ita sint, ut verbi gratia qui secunda hora diei venerit in monasterio, iuniorem se noverit illius esse, qui prima hora venit diei, cuiuslibet aetatis aut dignitatis sit, pueris per omnia ab omnibus disciplina conservata.

Iuniores igitur priores suos honorent, priores minores suos diligant. In ipsa appellatione nominum nulli liceat alium puro appellare nomine, sed priores iuniores suos fratrum nomine, iuniores autem priores suos nonnos vocent, quod intellegitur paterna reverentia. Abbas autem, quia vices Christi creditur agere, dominus et abbas vocetur, non sua assumptione, sed honore et amore Christi. Ipse autem cogitet et sic se exhibeat, ut dignus sit tali honore. Ubicumque autem sibi obviant fratres, iunior priorem benedictionem petat; transeunte maiore minor surgat et det ei locum sedendi; nec praesumat iunior consedere, nisi ei praecipiat senior suus, ut fiat quod scriptum est: „Honore invicem praevenientes."

Pueri parvi vel adulescentes in oratorio vel ad mensas cum disciplina ordines suos consequantur; foris autem vel ubiubi et custodiam habeant et disciplinam, usque dum ad intellegibilem aetatem perveniant.

LXIV. De ordinando abbate.

In abbatis ordinatione illa semper consideretur ratio, ut hic constituatur, quem sive omnis concors congregatio secundum timorem Dei, sive etiam pars quamvis parva congregationis saniore consilio elegerit. Vitae autem merito et sapientiae doctrina elegatur qui ordinandus

LXIII 10 cf. Hier. ep. 37, 4; 58, 1. 10 cf. 1 Reg 3; Dan. 13. 19 *nonnus:* Hier. ep. 117, 6. 25 Rom. 12, 10.

XVIII 10 *Samuhel—Danihel* A cum plur. Ψ et Σ; etiam ap. script. eccl. et in opt. s. script. codd. in eiusmodi nominibus inter vocales h solet inseri; *praesbiteros* T ut 62, 2. *excepto hos* ABTFO (cf. L. Comm. p. 237); *exceptis his* α KSV al. 13 *a* post *qui* A*, sed eras., om. al. oo.; *monasterio* AK cum plur.; *-ium* al. recc.; etiam A virgulam ponit post *monasterio*. 15 *conservata* ABTF*KS al.; *teneatur* PFFrFu al. 18 *fratrum nomine* ABT*FOS al.; *fratres nominent* KFrT^{c} al. 19 *intelligitur* A al.; *intellegitur* α BTK al. 20 *creditur agere* ABCTK; *agit* OSV; *agere videtur* FFuPEi. 27 *adulescentes* ABCXK446; *aduliscentes* TOS; *adolescentes* K al. 28 *ubiubi* ATKF^{c}, *ubi et ubi* F*K 179* (*et* eras.) 442. 179. S V; *ubique* Fu al. 29 *intelligivilem* A; *intelligibilem* TXK (deter.), *intellegibilem* BFK (plur.) al.

LXIV 3 *sibe* A (pr. m. corr. ex *sibi*) K175; *sive* α XK (part.); *sibi* BCTK (part.) OSV recc. 4 *saniore* ABCXOS al. *-ori* K al.; *elegerit* non significat electionem canonicam, sed tantum manifestationem desideriorum monachorum; ipsa vero abbatis constitutio episcopo vel vicinis abbatibus committitur.

est, etiamsi ultimus fuerit in ordine congregationis. Quod si etiam omnis congregatio vitiis suis, quod quidem absit, consentientem personam pari consilio elegerit, et vitia ipsa aliquatenus in notitia episcopi, ad cuius diocesim pertinet locus ipse, vel ad abbates aut christianos vicinos claruerint, prohibeant pravorum praevalere consensum, sed domui Dei dignum constituant dispensatorem scientes pro hoc se recepturos mercedem bonam, si illud caste et zelo Dei faciant, sicut e diverso peccatum, si neglegant.

Ordinatus autem abba cogitet semper, quale onus suscepit et cui redditurus est rationem vilicationis suae; sciatque sibi oportere prodesse magis quam praeesse. Oportet ergo eum esse doctum lege divina, ut sciat et sit unde proferat nova et vetera, castum, sobrium, misericordem, et semper superexultet misericordia iudicio, ut idem ipse consequatur. Oderit vitia, diligat fratres. In ipsa autem correptione prudenter agat, et ne quid nimis, ne dum nimis eradere cupit aeruginem, frangatur vas; suamque fragilitatem semper suspectus sit memineritque calamum quassatum non conterendum. In quibus non dicimus, ut permittat nutriri vitia, sed prudenter et cum caritate ea amputet, ut viderit cuique expedire, sicut iam diximus; et studeat plus amari quam timeri. Non sit turbulentus et anxius, non sit nimius et obstinatus, non sit zelotipus et nimis suspiciosus, quia numquam requiescit; in ipsis imperiis suis providus et consideratus, et sive secundum Deum sive secundum saeculum sit opera quam iniungit, discernat et temperet cogitans discretionem sancti Iacob dicentis: „Si greges meos plus in ambulando fecero laborare, morientur cuncti una die.“ Haec ergo aliaque testimonia discretionis, matris

LXIV 11 cf. Ps 104, 21; Lc 12, 42. 15 cf. Lc 16, 2. 15. 16 cf. Aug. serm. 340, 1; civ. D. 19, 19; c. Faust. 22, 56. 17 cf. Mt 13, 52. 18 *Iac 2, 13. 19 cf. Mt 5, 7; Aug. serm. 49, 5; civ. D. 14, 6; ep. 211, 11; Caesar. reg. ad virg. 22. 20 cf. Ter. Andr. 1, 1, 34, quo proverbio utitur Aug. in Ps. 118, 1; Hier. ep. 60, 7; 108, 20; 130, 11. 22 cf. Is 42, 3. 24. 25 cf. Aug. ep. 121, 15. 25 cf. Is 42, 4. 30 *Gen 33, 13. 31 cf. Cassian. coll. 2, 4.

LXIV 8 *notitia* ABTFK, *-iam* α OS al.; 9 *diocesim* AC^{c}T^{c}FFrK; *-em* BC*T*X; *-in* S. *ad abbates* ABCT*F*X; *abbatibus* VF^{c} al. 10 *praborum* A. 11 *domui* ABCTFK O^{c}S^{c}; *domus* OSV. 14 *abba* ABC T*K (part.) OS; *abbas* α al. 15 *vilicationis* AB cum plerisque al. melior.; hanc rectam vocab. formam etiam optimi Vulg. codd. exhibent. *sibi*, de hoc dat. cf. L. Comm. p. 384. 17 *noba* A. 18 *superexaltet misericordia iudicio* ACK 179. 446 S; item, sed *misericordiam* α BTFK 175 O Don.; *superxaltet misericordia iudicium* recc. sec. Vulg. textum receptum; *superexultet misericordia iudicio* X; item Vulg. opt. codd., etsi pauci, Iac. 2, 13 sec. graec. textum (κατακαυχᾶται); item Aug. ep. 167 ap. Hier. ep. 132, 19; quid s. Benedictus scripserit, non plane liquet. 21 *eruginem* A. *suamque fragilitatem* A cum plur.; cf. *memor* cum accus. 4, 34; abl. α K 446; genit. K 334. 25 *turbulentus* A cum plur., *turbolentus* T*OS. 27 *requiescit* A cum prope oo. *providus* ABCXK 446; *sit providus* TKOS. *sibe* A.

virtutum, sumens sic omnia temperet, ut sit et fortes quod cupiant et infirmi non refugiant. Et praecipue ut praesentem regulam in omnibus conservet, ut dum bene ministraverit, audiat a Domino, quod servus bonus qui erogavit triticum conservis suis in tempore suo: „Amen dico vobis," ait, „super omnia bona sua constituit eum."

LXV. De praeposito monasterii.

Saepius quidem contigit, ut per ordinationem praepositi scandala gravia in monasteriis oriantur, dum sint aliqui maligno spiritu superbiae inflati et aestimantes se secundos esse abbates adsumentes sibi tyrannidem scandala nutriunt et dissensiones in congregationes faciunt, et maxime in illis locis, ubi ab eodem sacerdote vel ab eis abbatibus qui abbatem ordinant, ab ipsis etiam et praepositus ordinatur. Quod quam sit absurdum, facile advertitur, quia ab ipso initio ordinationis materia ei datur superbiendi, dum ei suggeritur a cogitationibus suis exutum eum esse a potestate abbatis sui: quia ab ipsis es et tu ordinatus a quibus et abbas. Hinc suscitantur invidiae, rixae, detractiones, aemulationes, dissensiones, exordinationes, ut dum contraria sibi abbas praepositusque sentiunt, et ipsorum necesse est sub hanc dissensionem animas periclitari, et hii qui sub ipsis sunt, dum adulantur partibus, eunt in perditione. Cuius periculi malum illos respicit in capite, qui talius inordinationis se fecerunt auctores.

Ideo nos vidimus expedire propter pacis caritatisque custodiam in abbatis pendere arbitrio ordinationem monasterii sui. Et si potest fieri, per decanos ordinetur, ut ante disposuimus, omnis utilitas mo-

LXIV 35 cf. Mt. 24, 45. 36 *Mt. 24, 47.

LXV 1 cf. Reg. Macar. 27; Caesar. reg. ad virg. 16. 11 cf. 2 Cor 12, 20; Gal 5, 20.

LXIV 32 *ut sit et fortes* AB* (*et* eras.) CTX; *ut et forte sit* O; *et ut fortes sint* S; *ut et fortes sint* K (175 et al.) V; *ut et fortes sit* K al.; al. lectiones in codd. hisp. 34 *conserbet* A. 36 *sua* om. A solus. *constituit* AC*T*OSV; *-et* C^{c}T^{c}FK al.

LXV 1 *praeposito* A cum plur., *proposito* BTFu; sed in l. 2 etiam BTFu *praepositi*. 2 *contigit* ABCFrXOS* al.; *contingit* α TFK al.; sed etiam *contigit* est forma vulg. temporis praes.; cf. L. Comm. p. 388. 3 *grabia* A. 5 *congregationes* ABC*T*K175 al. *-ione* C^{c}T^{c}FK (part.) al. 7 *propositus* T. 10 *est ordinatus* AT^{c}XOSV recc.; *es et tu o.* BCT*K; cf. L. Comm. p. 389. 11 *emulationes* A 12 *invicem* post *sibi* A add. cum paucis recc.; videtur esse glossa ad *sibi*. 13 *hanc dissensionem* ABCT*; abl. al. 14 *hii* A* (altero i deleto) T*XK (part.). 15 *eunt* A; *perditione* AT*F*(?); *-em* α BCK al. 16 *talius inordinationis* AT* (supra lin. b manu rec.) X, verisim. B* (sub ras.); *talibus in ordinatione* COSV; *talibus inordinationibus* FK, *talium se in ordinatione* K 446. Quoniam permultos textus vulgares perscrutato nusquam mihi forma *talius* occurrit, non sine magna dubitatione eam audeo recipere. 17 *vidimus* ABCTX; *praevidemus* α V al.; *praevidimus* Kaliq. O; *iudicavimus* al. K.; *praeiudicamus* S.

nasterii, prout abbas disposuerit, ut dum pluribus conmittitur, unus non superbiat.

Quod si aut locus expetit, aut congregatio petierit rationabiliter cum humilitate, et abbas iudicaverit expedire, quemcumque elegerit abbas cum consilio fratrum timentium Deum, ordinet ipse sibi praepositum. Qui tamen praepositus illa agat cum reverentia, quae ab abbate suo ei iniuncta fuerint, nihil contra abbatis voluntatem aut ordinationem faciens, quia quantum praelatus est ceteris, ita eum oportet sollicitius observare praecepta regulae. Qui praepositus si repertus fuerit vitiosus aut elatione deceptus superbire aut contemptor sanctae regulae fuerit conprobatus, ammoneatur verbis usque quater. Si non emendaverit, adhibeatur ei correptio disciplinae regularis. Quod si neque sic correxerit, tunc deiciatur de ordine praepositurae, et alius qui dignus est in loco eius subrogetur. Quod si et postea in congregatione quietus et oboediens non fuerit, etiam de monasterio pellatur. Cogitet tamen abbas se de omnibus iudiciis suis Deo reddere rationem, ne forte invidiae aut zeli flamma urat animam.

LXVI. De hostiariis monasterii.

Ad portam monasterii ponatur senes sapiens, qui sciat accipere responsum et reddere et cuius maturitas eum non sinat vagari. Qui portarius cellam debebit habere iuxta portam, ut venientes semper praesentem inveniant, a quo responsum accipiant. Et mox ut aliquis pulsaverit aut pauper clamaverit, „Deo gratias" respondeat aut „Benedic"; et cum omni mansuetudine timoris Dei reddat responsum festinanter cum fervore caritatis. Qui portarius si indiget solacio, iuniorem fratrem accipiat.

